823	18	Synodi, Moguntina in qua canones LVI. Remensis in qua canones XLIII. Turonensis in qua canones LI. Cabilonensis in qua canones LXIII. Arelatensis in qua canones XXVI. editi	23	Michael & Theophylactus Imperatores coacti abdicarunt V. Idus Iulij, IMP. CÆS. FL. LEO V. ARMENVS P. F. AVG. imperavit ann. 7. mens. 5. dies 14.	2
814	19		1	Carolus Magnus Imp. obiit V. Kal. Febr. IMP. CAES. HLVDOVICVS PIVS AVGVSTVS II. Occident. Imp ann. 26. mens. 4. dies 24.	2
815	20	Oldbertus 57. archiepiscopus Mediolanensis ann. 9.	2	Theodotus Cestienis Mesissenus Dronymus. Iconomachus LV. patriarcha Constantinopolitanus ann. 6.	3
816	(99)	Leo papa III. obiit prid. Idus Iunij. Vac. sed. dies 20. STEPHANVS V. dictus iij. Iulij Marini F. Romanus ex diacono Cardinale creatus V. Non. Iulij, consecratus prid. Non. Iulij. sed. mens. 6. dies 23.	3	Ludouicus Pius Imperator Remis à Stephano iij. papa coronatus iij. Kal. Nouemb. Synodus Aquisgranensis, capita CXLV. edita.	4
817	(100)	Stephanus iij. papa obiit VIII. Kal. Februarij. Vac. sed. dies 2. PASCHALIS Maximi Bonosi F. Romanus ex presbytero Cardinale tt. S. Praxedis centesimus Christianorum episcopus, creatus V. Kal. consecratus Kal. Februarij, sedit ann. 7. mens. 3. dies 27.	4	Methodius, Illiricus, & Cyrillus Slavorum & Polonorum episcopi & doctores. Claudius Taurinensis episcopus, hereticus Iconomachus, aduersus eum scripsit Ionas Aurelianensis episcopus.	5
818	2	Fortunatus patriarcha Gradenfis, Turpinus & Hincmarus Remenses episcopi.	5		6
819	3		6		7
820	4	Gratiosus Archiepiscopus Rauen- nas XLIII.	7	Leo V. Imperator occisus est exitu anni VIII. Kal. Ianuarij.	8
821	5	Andreas episcopus Aquileiensis ann. 10.	8	IMP. CÆS. MICHAEL IVNIOR BALBVSP. F. AVG. Imperavit ann. 8. mens. 9. dies 7. Antonius Casimatus ex episcopo Sylæi LVI. patriarcha Constantinopolitanus, sedit ann. 23.	1
822	6		9	Hlot.	2

Anni Chri sti.	Anni Pont.	72 PONTIFICES ET.	Imp. Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Imp. Orient.
823	7	Hlotharius, Hludouici Pij F. Romæ à Paschali papa coronatus Nonis Aprilis die Paschæ in basilica Vaticana.	10	Ansgarius Hamburgensis episcopus, vir eruditus, & eius discipuli ac successores Rembertus & Adalgarius episcopi.	3
824	(101) 2	Paschalis papa obiit prid. Idus Maij. Vac. sed. dies 4. EVGENIVS II. IVNIOR. Boëmundi F. Romanus ex archipresbytero Cardinale tt. S. Sabina, creatus XIII. Kal. consecratus XI. Kal. Iunij sedit ann. 3. mens. 6. dies 24. Zinzinus Romanus in schismate, quod XII. fuit contra Eugenium Pseudo papa creatus, paulo post abdicavit.	11	Synodus Vormatiensis Anselmus ciuis & 52. archiepiscopus Mediolanensis ann. 5.	4
825	2		12		5
826	3		13		6
827	(102) 4	Eugenius papa obiit Idibus Decemb. Vac. sed. 1. VALENTINVS LEONTII. F. Romanus, ex archidiacono Cardinale creatus XIX. Kal. Ianuarij, consecratus postridie, sedit mens. 1. dies 10.	14	Ansegisus abbas Lobientis, Angelomus monachus Lexouiensis viri eruditi.	7
828	(103) 1	Valentinus papa obiit XI. Kal. Februarij Vac. sed. dies 3. GREGORIUS III. Ioannis F. Romanus ex bresbytero Cardinale tt. S. Marci, creatus VII. Kal. Februarij, sedit ann. 16.	15	Amalarius Treuirensis episcopus.	8
829	2	Synodi, Moguntina, & Aquisgranensis. Bonus 53. archiepiscopus Mediolanensis ann. 4.	16	Michael balbus Imper. obiit Kal. Octobris. IMP. CÆS. FL. THEOPHYLVS P. F. AVG. Imperavit ann. 12. mens. 3. dies 20.	9
830	3	Synodus Aquisgranensis.	17		1
831	4	Venantius episcopus Aquileiensis ann 13.	18		2
832	5		19		3
833	6		20	Angilbertus ciuis & 54. archiepiscopus Mediolanensis sedit annum vnum menses 2.	4
843	7	Synodus Moguntina. Angilbertus II. ciuis & 55. archiepiscopus Mediolanensis ann. 35.	21	Ioannes VI. Synerosiotas presbyter, & Syncellus LVII. Constantinopolitanus patriarcha, sedit ann. 6.	5
835	8	Synodus Gallicana. lonas Aurelianensis episcopus vir doctus Græc. & Latinæ.	22		6

Syno-

Anni Chri- sti.	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Imp. Occid.	IMPERATORES ROMANI	Imp. Orient
836	9		23		7
837	10	Synodus Aquisgranensis.	24		8
838	11	Freculfus monachus episcopus Lexouien- sis scriptor historiae sacrae. Synodus Lugdunensis.	25		9
839	12		30		10
840	13	Synodus Rementis. Synodus Meldensis, in qua canones XXXI. editi.	1	Ludouicus Pius Imperator obiit XII. Kal. Iulij. IMP. CAES. HLOTARIUS P. F. Aug. tertius Occident. Imperator Imperauit ann. 15. mens. 3. dies 10.	11
841	14	Lupus Seruatus epus Thearcensis. Rabanus Maurus epus Moguntinus. Haymo, Anglosaxo, viri doctissimi Alcumi discipuli.	2		12
842	15	Methodius Homologeta LVIII. pa- triarcha Constantinopolitanus, sedit ann. 4. mens. 3.	3	Theophilus Imperator obiit XIII. Kal. febru. IMP. CAES. FL. MICHAEL III. PORPHYRO- GENIVS pius felix Augustus ann. 23. men- ses. 3. Sub tutela matris Theodora Augustae ann. 13.	1
843	16		4		2
844	104	Gregorius III. papa obiit VIII. Kal. Feb. Vac. sed. dies 15. SERGIUS II. IVNIOR Sergij F. Romanus ex archipresbitero Car- dinale tt. Equitij. creatus III. Idus Febr. sed. ann. 3. mens. 2. dies 3.	5	Endelmarius episcopus Aquileien- sis ann. 11. Drago Metensis episcopus.	3
845	2	Agninus Veronensis episcopus. Gregorius XLV. archiepiscopus Rauennas.	6		4
846	3		7		5
847	105	Sergius II. papa obiit prid. Idus A- prilis. Non vacauit sedes. LEO III. Rodulfi F. Romanus mo- nachus ex presbytero Cardinale tt. SS. IIII. coronatorum, creatus prid. Idus Aprilis, consecratus VI. Kal. Iulij, sedit ann. 8. mens. 3. dies 6.	8	Ignatius Monachus Eunuchus Mi- chaelis Thrauli Imp. filius LIX. patriarcha Constantinopolita- nus, sedit ann. 16.	6
848	2	Landericus episcopus Veronensis. Synodus Moguntina sub Rabano.	9		7
849	3	Theoda pseudoprophetissa in Sue- uia.	10		8
				L Synodus	

Anni Chri- sti.	Anni Pōtif.	74 PONTIFICES ET	Imp. Occid.	IMPERATORES ROMANI	Imp. Oriēt.
850	4	Synodus Romana, in qua canones LXIII. editi.	11	Ioannicius monachus Bithymius vir sanctus.	9
851	5	Godifcalcus presbyter Gallus hære- ticus.	12		10
852	6		13		11
853	7		14		12
854	8		15		13
855	9 (106)	Leo III. papa obiit XVI. Kal. Au- gusti Vac. sed. dies 6. BENEDICTVS III. Petri F. Ro- manus ex presbytero Cardinale tt. Callisti, creatus IX. Kal. Au- gusti, consecratus III. Kal. Octo- bris, sed. ann. 2. mens. 5. dies 16. Anastasius iij. Romanus in schismate (quod XIII. fuit) cōtra Benedictū III. creatus paulò, post abdicauit.	16	Hlotharius Imperator obiit III. Kal. Octobris. IMP. CÆS. HLVDVICVS II- IVNIOR. P.F. Aug. III. Occidē- tis Imp. ann. 19. mens. 10. dies Lupus Aquileiensis episcopus an. 3. Synodus Ticinensis.	14
856	1	Ioannes VII. XLVI. archiepiscopus Rauennas.	1		15
857	2		2		16
858	3 (107)	Benedictus III. papa obiit VI. Idus Aprilis. Vac. sed. dies 15. NICOLAUS Theodori F. Roma- nus ex diacono Cardinale, crea- tus VIII. Kal. Maij, sed. ann. 9. mens. 6. dies 20.	3	Valpertus Aquileiensis episcopus ann. 26. Synodus Moguntina.	17
859	4	Vldericus Augustæ Vindelicorū episcopus Bertramus monachus & presbyter, Hatto & Thioto monachi & ab- bates Fuldenses viri doctissimi.	4		18
860	5	Hotkerius Veronensis episcopus	5		19
861	6		6		20
862	7	Synodus Romana in caussa Ioannis archiepiscopi Rauennatis.	7		21
863	8	Synodus Romana in caussa Ignatij patriarchæ Constantinopolitani.	8	Photius Senator Laicus, exacto Ignatio LX. Con- stantinopolitanus patriarcha creatus, sed. ann. 7.	22
864	9	Synodi Metensis, Aquisgranensis, & Romana.	9	Synodus Constantinopolitana.	23
865	10	Synodus Romana, & Francica.	10	Synodus alia Constantinopolitana.	24
866	11		11	Nico-	25

Anni Christi	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Imp. Occid.	IMPERATORES ROMANI	Imp. Orient
867	10 (108)	Nicolaus papa obiit Idibus Nouemb. Vac. sed. di. 7. HADRIANVS II. IVNIOR Romanus Talari e- piscopi F. ex archipresbytero Cardinale tr. S. Marci creatus XI. Kal. consecratus IX. Kal. Decemb. sedit ann. 4. mens. 11. dies 12.	12	Michaël iij. imperator occisus est IX. Kal. May. IMP. CAES. BASILIVS PIVS FEL. AVG. Im- peravit ann. 18. mens. 10. dies 7. Synodus Constantinopolitana.	2
868	1	Synodus Romana in caussa Photij & Ignatij patriarcharum Con- stantinopolitanorum	13		2
869	2	Anastafius monachus S. R. E. Biblio- thecarius historiarum sacrarum scriptor, Ioannes diaconus apo- stolicæ sedis, & Hinemarus Laudunensis episcopus clarent.	14	Sancta & vniuersalis VIII. Synodus Constantinopolitana quarta, epis- coporum CCC. contra Photium patriarcham Constantipolitanum intrusum coacta, in qua eo abdi- cante Ignatius, qui exactus fuerat restitutus est, seditq; ann. 7.	3
870	3		15	Tato aliàs Dado, cognomento Sa- piens, 56. archiepiscopus Medio- lanensis sedit annos 6.	4
871	4	Ludouicus Imperator Romæ in ba- silica Vaticana die Pentecostes III. Nonas Iunij coronatus est ab Hadriano II. papa. Synodus Colonienfis.	16		5
872	5 (109)	Hadrianus II. papa obiit Kal. No- uemb. Vac. sed. mens. 7. dies 12. IOANNES VIII. Gundi F. Roma- nus ex archidiacono Cardinale creatus XIX. Kal. Ianuarij, sed. ann. 10. dies 2.	17		6
873	1		18		7
874	2		19		8
875	3	Constantinus XLVII. archiepiscopus Rauennas Anspertus Cuius & 57. archiepiscopus Mediola- nensis ann. 13.	20	Hludouicus ij. Imperator obiit circa Kal. Augu. IMP. CAES. CAROLVS II. IVNIOR CALVVS P. F. Aug. V. Occid Imp. an. 2. mens. 2. dies	9
876	4	Carolus 2. Imperator coronatus Roma ad S. Pe- trum à Ioanne VIII. papa, die Natalis Chri- sti in eunte anno.	1	Synodus Vermeriensis in Gallia Synodus apud Aciniacum in Gallia.	10
877	5	Synodus Pontigonensis in Gallia.	2	Carolus ij. Imperator obiit pridie Nonas Octob. IMP. CAES. HLVDVICVS III. BALVVS P. F. Aug. VI. Occidentis Imp. ann. 1. mens. 6. dies 5. Synodo alia constantinopoli coacta mortuo Igna- tio Photius patriarcha restituitur qui sed. an. 9.	12
878	6	Hludouicus 3. Imperator Trevis in Gallijs, VII. Idus Septemb. à Ioanne VIII. papa coronatus.	1	Synodus Trecentis	12
879	7		1	Hludouicus iij. Imperator obiit iij. Idus Aprilis. IMP. CAES. KAROLVS III. CRAS- SVS P. F. Aug. VII. Occidentis Imp. ann. 8. mens. 7.	13

Anni Chri- sti.	Anni Pōtif.	76 PONTIFICES ET Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriet.
880	8	Synodus Macrensis.	2	14
881	9	Carolus iij. Imperator Roma in S. Petro à Ioanne VIII. papa coronatus est ineuntis anni die Christi Natalis.	3	15
882	10 (110)	Ioannes VIII. papa obiit XVIII. Kal. Ianuarij. Vac. sedes dies 3. MARINVS Palumbi presbyteri F. Galefianus Faliscus ex diacono Cardinale CX. Christianorum episcopus, creatus XIII. Kal. Ianuarij, consecratus die Natalis Christi, sed. an. 1. mēf. 1.	4	16
883	11	Theophylactus Bulgarorū archiepiscopus, qui in Euangelia scripsit.	5	17
884	121 (12)	Marinus papa obiit XV. Kal. Febr. Vac. sed. dies 2. HADRIANVS III. Romanus Agapitus antea vocatus Benedicti F. creatus XII. Kal. consecratus VII. Kal. Februarij, sedit annum 2. mens. 3. dies 19.	6	18
885	122 (13)	Hadrianus iij. papa obiit VII. Idus Maij. Vac. sed. dies 3. STEPHANVS VI. dictus V. Romanus Basilius Hadriani F. creatus iij. Idus Maij, sed. ann. 6. dies 9.	7	19
886	123 (14)	Stephanus Basilij Imperatoris filius LX. patriarcha Constantinopolitanus ann. 7.	8	20
887	124 (15)	Synodus Coloniensis, capita VI. edita.	8	21
888	125 (16)	Berengarius dux Foroiuliensis Italicum imperium mense Ianuario contra Arnulfum occupauit regnauit ann. 36. Synodus Moguntina, capita XXIII. edita.	1	22
889	126 (17)		2	23
890	127 (18)	Petrus III. XLVIII. archiepiscopus Rauennas.	3	24
891	128 (19)	Stephanus V. papa obiit XII. Kal. Iunij Vac. sed. dies 5. FORMOSVS Portuēsis Leonis F. epūs Portuēsis creatus VI. Kal. Iunij, sed. an. 4. mens. 6. di. 18.	4	25
892	129 (20)	Franco Leodiensis episcopus.	5	26

Anni Christi.	Anni Pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
893	3		6	Antonius II. Cauleas LXII. patriarcha Constantinopolitanus an. 8.	8
894	4		7	Lambertus Guidonis F. mortuo patre Italiae Imperator contra Berengarium creatus, à Formoso papa coronat ^o est. Imperavit an. 5.	9
895	5 (114)	Formosus papa obiit XIX. Kal. Ianuarij. Vac. sed. mens. 2. BONIFACIUS VI. Hadriani episcopi F. Romanus creatus XVI. Kal. Ianuarij, sed. di. 25. obiit prid. Kal. Ianuarij. Vacavit sed. dies 5.	8	Arnulfus Imperator coronatus à Formoso papa Romæ in Basilica Vaticana.	10
896	6 (115)	STEPHANVS 7. dictus 6. Ioannis presbyter. filius Romanus ex episcopo Anagnino creatus 8. Idus Ianuarij, sed. ann. 1. mens. 2. dies 19.	9	Synodus Triburiensis canones LVIII. editi.	11
897	7 (116)	Stephanus 6. papa obiit 9. Kal. Aprilis. Vac. sed. dies 3. ROMANVS Constantini Marini papæ fratris filius Galesianus Faliscus creatus V. Kal. Aprilis, sed. mens. 4. dies 23. obiit 14. Kal. Septemb. Vac. sed. diē 1.	10	Leo episcopus Aquileiensis ann. 12.	12
	8 (117)	THEODORVS II. IUNIOR Photij F. Romanus creatus 13. Kal. Septemb. sed. dies 20. obiit V. Idus Septemb. Vac. sed. diem 1.		SERGIUS III. Benedicti F. Romanus in schismate contra Ioannem IX. iterum creatus, coactus abdicavit, & in exilium actus est.	
	9 (118)	IOANNES 9. Rampoaldi F. Tiburtinus monachus ex diacono Cardinale creatus 5. Idus Septemb. sed. an. 2. di. 15.			
898			11		13
899	2 (119)	Ioannes IX. papa obiit IX. Kal. Oct. Vac. sed. diem 1. BENEDICTVS III. Mammoli F. Romanus, creatus VIII. Kalen. Octob. sedit an. 3. mens. 6. dies 15.	12	Arnulfus Imperator obiit III. Kal. Decembris. CAESAR HLVDOVICVS III. Rex Romanorum Arnulfi Imperatoris F. Regnavit in Occidente ann. 12. IMP. CAES. HLVDOVICVS III. P. F. Aug. Bosonis prouinciae regis F. Italiae Rex imperavit ann. 5.	14
900	1		1		15
901	2	Ludouicus Imp. Italiae Romæ in basilica Vaticana à Benedicto III. papa coronatus.	2	Nicolaus Mysticus LXIII. patriarcha Constantinopolitanus an. 2.	16
902	3	Hatto Moguntinus Archiepiscopus vir clarissimus.	3	Landulfus ciuis, & 59. arch. Mediolanensis, sed. ann. 3.	17

Anni Chri fti.	Anni Pont.	78	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
903	(120)	1	Benedictus iij. papa obiit VI. Idus April. Vac. sed. dies 6. LEO V. e Villa priapi agri Ardeatini in Latio CXX. Christianorum pontifex creatus XVII. Kal. Maij, sed. dies. XL. coactus abdicauit IX. Kal. Maij.	4	Euthymius Syncellus LXIII. patriarcha Constantinopolitanus ann. 5.	18
	(121)	2	CHRISTOPHORVS Leonis F. Romanus ex presbytero Cardinale tt. Damasi, creatus VIII. Kal. Iunij, sed. mens. 7. coactus abdicauit IX. Kal. Ianuarij.			
904	(122)	1	SERGIVS iij. Benedicti F. Romanus ex comitibus Tusculanis, ex presbytero S. R. E. creatus VIII. Kal. Ianuarij, die Natalis Christi in eunte anno, sed. ann. 7. mens. 3. dies 16.	5	Hludouicus Imperator Italiae coactus a Berengario rege abdicauit, oculis & regno priuatus	19
905		2	Synodi Remenses duae congregatae.	6	Andreas ciuis, & do. archiepiscopus Mediolanensis ann. 6.	20
906		3		7		21
907		4		8		22
908		5	Nicolaus Myiticus iterum patriarcha Constantinopolitanus an. 23.	9	Leo V. Imperator prid. Non. Iunij. obiit. IMPP. CAES. ALEXANDER ET CONSTANTINVS VIII. Porphyro genitus pij felices Augusti simul ann. 1. mens. 1.	1
909		6	Vrsus episcopus Aquileiensis an. 23.	10	Alexander Imperator obiit circa Kal. Iulias. IMP. CAES. CONSTANTINVS VIII. PORPHYROGENITVS Basilij Imperatoris F. Imperauit ann. 53. mens. 2.	2
910		7	Ioannes VIII. ex episcopo Bononiensi XLIX. archiepiscopus Rauennas, postea Ioannes X. papa.	11		3
911	(123)	1	Sergius iij. papa. obiit V. Idus April. Vac. sed. dies 4. ANASTASIUS III. Luciani F. Romanus, creatus XVII. Kal. Maij, sedit an. 2. mens. 1. di. 22.	12	Hludouicus Caesar mortuus est mense Decembri. Atho 61. archiepiscopus Mediolanensis ann. 13.	4
912		2		1	CAESAR CHVNRADVS GERMANIAE Rex, regnauit ann. 7. menses 6.	5
913	(124)	1	Anastasius papa obiit prid. Non. Iunij. Vac. sed. dies 2. LANDO Tami F. Sabinus, creatus VII. Idus Iulij, sed. mens. 6. dies 22. obiit V. Kal. Ian. Vac. sed. dies 26.	2	Congregatio S. Benedicti Cluniacensis in Gallijs, ab Othone Muscio inchoata.	6
914	(125)	1	IOANNES X. Ioannis F. Rauenas ex episcopo Bononiensi archiepiscopus Rauennas, creatus IX. Kal. Febr. sed. an. 4. mens. 2. dies 16.	3	Berengarius Imperator Italiae; coronatus Roma ad S. Petrum a Ioanne X. episcopo. Petrus V. Bononiensis L. Rauennas archiepiscopus.	7

Regi-

Anni Chri- sti.	Anni pōrif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
915	2				8
916	3	Regino Abbas Prumiēsis Historic⁹ Synodus Althaimensis in pago Ræ- tie.	5		9
917	4	Ratbodus Vltraiectensis episcopus vir doctus.	6		10
918	5	Egidius Tusculanus episcopus, A- postolicæ sedis legatus, Polonos ad Christi fidem conuertit.	7		11
919	6	Rodulfus Flauiacensis monachus Theologus.	1	Chunradus Rex obiit circa Kalend. Iulij. HENRICVS AVCEPS Germa- niæ Rex, regnauit ann. 17.	12
920	7		2		13
921	8	Synodus Dingelfinensis in Baioa- ria.	3		14
922	9	Rodulfus Burgundus Italiæ rex, contra Berengarium Imperator creatus, regnauit annos. 4.	4	ROMANVS Secapenus, Constan- tini Imperatoris socer, & eius filius Christophorus, Imperatores appel- lati, imperarunt vnà annos 26. Stephanus II. ex Metropolita Ama- siæ LXV. Constantinopolitanus patriarcha, sedit ann. 3.	15
923	10		5	Berengarius Imp. circa Kal. Decem- bris Veronæ occisus. Garibertus 62. archiepiscopus Me- diolanensis ann. 2.	16
924	11		6	Stephanus & Constantinus Roma- ni, Lecapeni filij, imperatores ap- pellati.	17
925	12	Lambertus 63. archiepiscopus Me- diolanensis ann. 9.	7	Tripho monachus LXVI. patriar- cha Constantinopolitanus an. 6.	18
926	13		8	Rodulfus Burgundus Italiæ rex ab- dicauit. HVGO Italiæ rex ex comite Arela- tensi, regnauit ann. 20.	19
927	14	Concilium Duisbergense in Ger- mania.	9		
928	15	Ioannes 10. papa obiit 7. Idus April. Vac. sed. di. 2. LEO 6. Christophori Primicerij S. R. E. Fil. Ro- manus, creatus 5. Idus April. sedit mens. 6. dies. 15. obiit 10. Kal. Nouēbris. Vacauit sed. diem. 1. STEPHANVS 8. dictus 7. Tendemūdi F. Romanus creatus 9. Kal. Nouemb. sed. an. 2. mēf. 1. di. 15.	10		21

Rathe.

Anni Chri sti.	Anni Pont.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
929	1	Ratherius Belga monachus Lobien- sis, Episcopus Veronensis, qui con- tra horū temporū hareses scripsit.	11	Ernestus II. episcopus Rauennas.	22
930	2 (128)	Stephanus 7. obiit 6. Idus Decemb. Vac. sed. di. 2. IOANNES XI. Sergij iij. papa F. Romanus, ex Comitibus Tuscanis, creatus 8. Idus Decem- bris, sed. ann. 4. mens. 10. dies 15.	12		23
931	1		13	Theophylactus Romani Lecapeni Imperatoris fi- lius 58. patriarcha Constantinopolitanus, sed. ann. 23.	24
932	2	Lupus II. Aquileiensis episcopus ann. 9.	14	Horatius rex Italiae à patre Hugone appellatus.	25
933	3		15		26
934	4		16	Hilduinus monachus Gallus ex episcopo Leodi- cense Veronensis 64. archiepiscopus Mediola- nensis ann. 6.	27
935	5 (129)	Ioannes II. papa obiit 8. Kal. Noueb. Vac. sed. di. 1. LEO VII. Romanus, creatus 6. Kal. Nouembriis, sedet ann. 3. mens. 6. dies 10.	17	Concilium Ertordienſe in Thurin- gia.	28
936	1		18	Henricus Germania Rex obiit 6. Nonas Iulij. IMP. CÆS. OTHO MAGNVS P. F. Aug. primus ex Germanis Romanorum Oc- cidentis Imp. ann. 36. mens. 10. dies 6.	29
937	2		19		30
938	3		20		31
939	4 (130)	LEO VII. papa obiit prid. Non. Maij. Vacavit sed. mens. 1. STEPHANVS IX. dictus 8. Roman. CXXX. Christianorum episcopus, creatus 7. Idus Iunij sed. ann. 3. mens. 4. dies 15.	21		32
940	1	Ardericus ciuis, & 65. archiepiscopus Mediolanensis ann. 8. Giseibertus Anglus Monachus, vir doctissimus.	22		33
941	2	Engelfredus episcopus Aquileiensis ann. 23.	23		34
942	3 (131)	Stephanus VIII. papa obiit XII. Kal. Nouemb. Vac. sedes dies 10. MARINVS II. IVNIOR Roma- nus creatus Kal. Nouemb. sed. an. 3. mens. 6. dies 14.	24		35
943	1	Synodus Bonnenſis in Germania. Diœceſis Coloniensis. Episcopo- rum XXII.	25		36
944	2		26		37

Ioannes

Anni Chri- sti	Anni- pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriē
945	3	Ioannes IX. LII. archiepiscopus Ra- uennas.	10		38
946	132 3	Marinus ij. papa obiit prid. Id. Maii Vac. sed. di. 3. AGAPETVS ij. Iunior Romanus, creatus XV. Kal. Iunii, sed. ann. 9. mens. 7. dies 10.	11	Mortuo Hugone Italię rege HLO- THARIVS solus regnavit ann. 4.	39
947	2		12	Romanus Lecapenus Imperator coactus abdicavit.	40
948	3	Alamanus ciuis, & 66. archiepisco- pus Mediolanensis ann. 4. Synodus Ingelheimensis in Germa- nia, Episcoporum XXXIII.	13	Stephanus, & Constantinus IX. Le- capeni Imperatores coacti abdi- carunt.	41
949	4	Manasses Gallus Regis Italię Hlo- tharij propinquus, ex archiepif- cupo Arelatense 67. archiepiscop ^o Rauennas, creatus in schismate cō- tra Alamannum sed. ann. 10.	14		42
950	5		15	Hlotharius Rex Italię obiit. BERENGARIVS II. IUNIOR Rex Italię regnavit cum Adel- berto filio ann. 4.	43
951	6		16	Concilium Augustanum, Episco- porum XXV.	44
952	7	Adelagus Bremensis archiepiscopus apostolicę sedis legatus, vir do- ctissimus.	17		45
953	8	Valbertus mortuo Alamanno 68. Mediolanensis arch. in schismate cōtra Manassen creatus, sed. an. 18.	18		46
954	9		19	Polyeuctus Eunuchus monachus LXII. patriarcha Constantino- politianus, sed. ann. 17.	47
955	10	Bruno Othonis Magni Imperatoris frater, archiepiscopus Colonien- sis, vir clarissimus.	20		48
956	133 1	Agapetus ij. papa obiit 6. Kal. Ianuarij ineunte anno Vac. sed. dies 12. IOANNES xy. Romanus Octavianus, ex comi- tibus Tusculanis Alberici Romani principis f. ex diacono Cardinale creatus V. Idus Ianuarij, sed. ann. 8. mens. 4. dies 6.	21	Oddo, Seuerus, Dunstanus, & Alfri- cus monachi, alter post alterum Cantuarienses archiepiscopi, vi- ri doctissimi.	49
957	2		22	Synodus Rauennas.	50
958	3	Vitichindus monachus Corbeienfis & Luitprand ^o Ticinēsis, historici.	23	Concilium Ingelheimense, Episco- porum XVI.	51
959	4	Zmaragdus, Serlo, Fridegodus, An- gli, Monachi theologi illustres.	24		52
960	5	Petrus 6. LIII. episcopus Rauennas.	25	M Hoc	53



Annus Christi.	Annus Pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriet.
961	6		26		54
962	7	Hoc anno ineunte VIII. Kal. Ianuarij die Natalis Christi Otho Imperator Romæ in basilica Vaticana à Ioanne XII. papa coronatus est.	27	Constantinus VIII. Porphyrogenitus obiit circa Kal. Augusti. IMP. CAES. FLA VIVS ROMANVS III. PORPHYROGENITVS pi ^o fel. Aug. Imperavit an. 2.	55
963	8 (234)	Ioanni 12. papa 8. Idus Decemb. pontificatus in concilio Romano abrogatus est. Nō Vac. sedes LEO viij. Romanus Ioannis protofcriniarij F. ex protofcrinario S. R. E. creatus 8. Idus Decemb sed. ann. 1. mens. 3. dies 12.	28	Synodus Romana sub. Othone Imperatore.	1
964	8	Ioannes olim papa XII. obiit pridie Idus Maij, in eius locum factus est. BENEDICTVS V. Romanus ex diacono Cardinale in schismate, quod XVI. fuit contra Leonem 8. pseudo papa, creatus prid. Id ^o Maij, sed. mens. 7. dies 10. coactus abdicauit IX. Kal. Iulij, & relegatus est.	29	Romanus iij. Imperator obiit Constantinopoli mense Iulio. IMP. CÆS. NICEPHORVS II. PHOCAS P. F. Ang. imperavit ann. 6. mens. 6. Rodoaldus Aquileiensis patriarcha annos. 33. Berengarius Italiae Rex coactus abdicauit & in exilium actus est. Concilia Romana duo, alterum sub Ioanne XII. alterum sub Leone VIII.	2
965	1 (235)	Leo 8. papa obiit 16. Kal. April. Vac. sed. mens. 8. dies 22. IOANNES XIII. Roman ^o Ioannis episcopi filij ex episcopo Narnensi creatus 6. Non. Octob. sed. ann. 6. mens. 11. dies 5.	30	Adelbertus rex Italiae contra Othone Imperatorem regnavit an. 4. Synodus Constantinopolitana.	1
966	2		31		2
967	3		32	Synodus Romana.	3
968	4	Otho II. Othonis Magni Imp. F. coronatus est. Romæ in basilica S. Petri die Natalis Domini ineunte anno à Ioanne XIII. papa.	33	Adelbertus Italiae rex prælio ab Othone Imperatore victus regno exactus est.	4
969	5		34		5
970	6		35	Nicephorus Imperator exitu anni occisus est. IMP. CÆS. FL. IOANNES ZIMISCES P. F. Aug. coronatus exitu anni die Natali Christi, imperavit ann. 6. mens. 6.	6
971	7	Arnulfus ex subdiacono 69. archiepiscopus Mediolanensis ann. 3. Ambrosius Ansbertus Gallus Monachus in Samnio, multa ingenij monumenta reliquit	36	Basilius Scamandrenus monachus LXIX. patriarcha Constantinopolitanus ann. 4.	1
972	8 (136) (237)	Ioannes xij. papa obiit 8. Id. Septemb. Vac. sed. dies 13. DOMNVS alias DONVS, alias DOMINIO ij. Romanus, creatus 12. Kal. Octob. sed. mens. 3. obiit 14. Kal. Ianuarij Non vacauit sedes. BENEDICTVS V. dictus 6. Hildebrandi F. Romanus, creatus 13. Kal. Ianuarij. sed. an. 1. mens. 3.	37	Concilium Ingelheimense.	2

Theodo-

Anni Chri- sti	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriēt
973	1	Theodorus Antiochenus Patriar- cha.	1	Otho Magnus Imperator obiit Nonas Maij. IMP. CAES. OTHO II. IVNIOR, PIVS FELIX Aug. ij. Imp. ex Germanis Occidentis ann. 10. mens. 7. dies 2.	3
974	(138) 1	Benedictus VI. papa coactus abdicavit 14. Kal. April. Vac. sed. dies 10. BONIFACIVS VII. Romanus Franco Ferrutij F. ex diacono Cardinale crea- tus 3. Kal. April. sed. an. 1. mens. 1. dies 12.	2		4
975	(139) 1	Bonifacius viij. papa coactus abdicavit V. Idus Maij. Vac. sed. dies 20. BENEDICTVS VI. dictus 7. ex comitibus Tus- culanis Deusdedit F. Romanus ex episcopo Su- trino creatus Kal. Iunij sed. an. 9. mens. 1. dies 10.	3	Antonius iij. Studitus LXX. patriarcha Con- stantinopolitanus, sed ann. 6. Gotifredus 70. archiepisc. Mediolanensis ann. 15. Schisma XVII in Romana ecclesia, inter Boni- facium 7. Benedictum 7. & Ioannem 14. Concilia Vintoniense, & Caluense in Anglia: ac Constantinopolitanum.	5
976	2	Herigerius Lobiensis monachus, scriptor illustris.	4		6
977	3	Robertus Francorum rex vir doctus & sanctissimus. Villigifus Moguntinus archiepisco- pus vir clarissimus.	5	Ioanes Zimisses Imp. obiit m. Iulio Costantinopoli. IMP. CAES. FL. BASILIVS IVNIOR, ET CON- STANTINVS X. PORPHYROGENITI, PII FEL. AVGG. Imperarūt vna annos 49. mē. 4.	7
978	4	Synodus Romana.	6		2
979	5	Radulphus Flauiacensis monachus Fuldensis, vir doctissimus.	7		3
980	6	Rosuita sanctimonialis monasterij Gandersheymensis, Latine & Gre- ce erudita multa Latino sermo- ne scripsit.	8		4
981	7		9	Nicolaus II. Chrysoberges LXXI. patriarcha Constantinopoli. an. 13.	5
982	8	Erardus monachus Luneburgensis doctor insignis.	10		6
983	9		11	Otho II. Imperator obiit Romae VII. Idus Decembris. IMP. CAES. OTHO III. P. FEL. Aug. III. Imp. Occidentis ann. 17. mens. 1. dies 14.	7
984	(140) 1	Benedictus 7. papa obiit 6. Idus Iulij, Vac. sed. di. 5. IOANNES xiv. Papiensis Petrus episcopus Pa- piensis ex diacono. creatus XVII. Kal. Au- gusti, sed. mens. 8.	12		8
985	(141) 2	Ioannes XIII. papa obiit VVII. Kal. April. Non. Vac. sedes. BONIFACIVS viij. Romanus iterum pontifica- tum vi tenuit mens. 4. dies 6. obiit XII. Kal. Augusti. Vac. sed. dies 10. IOANNES XV. Romanus Leonis presbyteri F. CXLI. Christianorum episcopus, creatus Kal. Augusti, sed. ann. 9. mens. 6. dies 10.	2		9

Anni Chri- sti.	Anni Pōtif.	84 PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriet.
986	1	Abbo Floriacensis monachus Theologus illustris.	3		10
987	2		4		11
988	3	Erigerius Abbas Lobienfis Theologus	5		12
988	4		6		13
990	5	Landulfus II. Scrofatus, aliàs Carcanus Bonicionis filius ciuis & 71. archiepiscopus Mediolanensis an. 6.	7	Concilium Siluanectense in caussa Arnulfi Remensis archiepiscopi.	14
991	6		8		15
992	7	Gerebertus Aquitanus Gallus monachus Floriacensis ex archiepiscopo Ramensi archiepiscopus Rauennas LIII. postea Siluefter II. papa.	9		16
993	8	Concilium Remense in caussa eiusdem Arnulphi, in quo capita edita LV.	10		17
994	9		11	Sifinnius II. patriarcha Constantinopolitanus LXXII. ann. 3.	18
995	(142)	Ioannes XV. papa obiit iij. Idus Februarij, Vac. sed. diem 1. IOANNES XVI. Romanus Roberti f. creatus iij. Idus Feb. sedit mens. 4. obiit V. Idus Iunij. Vac. sed. dies 6.	12	Ioannes XVII. Græcus Arnulfus ex episcopo Placentino archiepiscopus Mediolanensis in schismate (quod. 19. fuit) contra Gregorium 5. pseudo pontifex creatus, sedit mens. 10.	19
	(143)	GREGORIUS V. Saxo Germanus Bruno Othonis F. ex Vrbe Vangia ex presb. creatus XVI. Kal. Iuly, sed. ann. 2. mens. 8. dies. 3.		Coactus ab Imperatore Othone abdicauit, & effosus oculis in Germaniam relegatus est. Synodus Romana in qua abdicatus est. Ioannes XVII. Synodus Remensis, siue Mosomensis. tertia, in caussa Arnulphi archiepiscopi.	
996	2	Arnulfus Ariciacus ciuis, & 72. archiepiscopus Mediolanensis ann. 19. In schismate Romanus pontifex contra Gregorium V. creatus abdicauit. Synodus Romana pro schismate tollendo.	13	Otho III. Imperator V. Idus Iunij die Pentecostes in basilica Vaticana à Gregorio V. papa coronatur.	20
997	3	Ioannes III. episcopus Aquileiensis ann. 19.	14	Eulogius, aliàs Sergius monachus & abbas Monasterij Manuelis LXXXIII. patriarcha Constantinopolitanus ann. 20.	21
998	(144)	Gregorius V. papa. obiit XII. Kal. Martij. Vac. sed. mens. 8. dies 15. SILVESTER II. IVNIOR Aquitanus Gallus Gerebertus monachus Floriacensis Cœnobij, Abbas Boliensis ex archiepiscopo Remense, Rauennas, pontifex creatus Kal. Noueb. sed. an. 4. mens. 6. dies. 12.	15	Neomutus LV. episcopus Rauennas.	22
999	2		16		23
1000	3		17		24
1001	4	Fulbertus Carnotensis episcopus claret.	18	Otho III. Imperator obiit 12. Kal. Februarij. IMP. GÆS. HENRICVS IVNIOR CLAVDIVS P. F. AVG. III. ex Germanis Occidentis Imperator. Imperauit ann. 23. mens. 5. dies 21. Silue-	25

Ami Chri- sti.	Ami pōtif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1002	5		2		26
1003	145 1	Silvester ij. papa obiit iij. Id. Maij. Vac. sed. d. 25. IOANNES 17. Sicco Romanus creatus 7. Idus Iunij sed. mens. 4. dies 25. Obijt prid Kal. No- uemb. Vac. sed. dies 19.	3		27
1004	146 2	IOANNES 22. Fasanus Romanus creatus 12. Kal. Decemb. sed. ann. 5. mens. 7. dies 29.			
1004	2	Synodus Germanica iussu Impera- toris Henrici, ex omnibus Impe- rij episcopis congregata.	4		28
1005	2		5		29
1006	3		6	Orestes patriarcha Hierosolymo- rum.	30
1007	4	Synodus Franckfordiensis.	7		31
1008	5		8		32
1009	147 6	Ioannes XIX papa obiit XV. Kal. Aug. Vac. sed. mens. 1. SERGIUS III. Petrus Martini F. Romanus creatus XV. Kal. Sept. sed. ann. 2. mens. 6. dies 12.	9		33
1010	8	Fridericus LVI. archiepiscopus Ra- uennas.	10		34
1011	2		11		35
1012	148 1	Sergius iij. papa obiit 4. Kal. Iunij. Vac. sed. dies 8. BENEDICTVS 7. dictus 8. Romanus ex comitibus Tusculanis Gregorij f. creatus 7. Idus Iunij, sed. an. 11. m. 8. di. 21.	12	Congregatio Camaldulensis à S. Romualdo instituta in Italia.	36
1013	2		13		37
1014	3	Heric ⁹ Imperator Romæ in Basilica Vaticana die Paschæ 7. Kal. Maij coronatus est à Benedicto. 8. papa.	14		38
1015	4		15		39
1016	5	Popo Germanus patriarcha Aqi- leiensis ex cancellario Imp. Hen- rici, Augusti, sed. ann. 26.	16	Henricus 73. Mediolanensis archi- episcopus ann. 3. Synodus Aquisgranensis.	40
1017	6	Synodus Nouiomagensis	17	Eustratius archiepiscopus magna ecclesia Con- stantinopolitana LXXIII. patriarcha Constan- tinopolitanus. ann. 16.	41
1018	7		18		42

Anni Chri sti.	Anni Pont.	86	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1019	8		Burcardus Vormatiensis episcopus canonum collector, Berno abbas Augiensis, musicus excellens.	19	Eribertus Arciacus, aliàs Antimianus Garibaldi filius, ciuis & 74. archiepiscopus Mediolanēsis an. 26.	43
1020	9		Arnaldus LVII. archiepiscopus Rauennas.	20		44
1021	10		Sergius Damasci Metropolitēs, Romæ notus.	21		45
1022	11		Concilium Gadersheimense in Germania.	22		46
1023	12		Synodus Salegunstadiensis in Germania. capita XX. edita.	23		47
1024	149		Benedictus VIII. papa obiit III. Kal. Martij. Vac. sed. diem. 1.		Henricus Imperator mortuus est III. Idus Iulij.	
	1		IOANNES XIX. Romanus Benedicti VIII. papæ frater, Creatus ex episcopo Portuense prid. Kal. Martij, sed. an. 8. mens. 9. dies 9.	1	IMP. CAES. CHVNRADVS IV. NIOR SALIQVVS F. Aug. V. Occidentis ex Germanis Imp. ann. 14. mens. 10. dies 22.	48
			Concilia duo, Geilicense, & Francfordiense.			
1025	2			2		49
1026	3			3	Basilio Iuniore Aug. circa Kal. Octob. mortuo, IMP. CAES. CONSTANTINVS X. Augustus solus imperauit ann. 2. mens. 11.	50
1027	4		Chunradus Imp. Romæ in basilica Vaticana die Paschæ VII. Kal Aprilis à Ioanne XIX. papa coronatus est.	4		51
1028	5		Guido Arretinus monachus, musicus illustris.	5		52
1029	6			6	Imp. Constantinus X. Aug. obiit circa Kal. Septembris. IMP. CAES. ROMANVS III. ARGYRVS P. F. Aug, Imperauit ann. 5. mens. 6.	53
1030	7		Congregatio Vallis Vmbrosæ à S. Ioāne Gualberto in Italia condita. Concilium Triburiense.	7		54
1031	8		Haribertus LVIII. archiepiscopus Rauennas.	8		55
1032	9		Ioannes XIX. papa obiit vi. Id. Nouemb. Vac. sed. dies 2.			
	150		BENEDICTVS iix. dictus ix, Romanus Theophylactus ex comitibus Tusculanis, Alberici F. ex diacono Cardinale CL. Christianorū epūs, creatus iij. Idus Nouemb. sed. an. 12. mens. 4. di. 20.	9		56
					Alexius	

Anni Christi.	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1033	1		20	Alexius monach ^o Studites LXXV. patriarcha Constantinopolitanus, sed.ann.16.	4
1034	2		11		5
1035	3		12	Romanus III. Imperator occisus est. circa Kal.martij. IMP. CAES. MICHAEL III. PAPHLAGO P.F. Aug. Imp. cum uxore Zoe Augusta an. 6. mens. 6.	1
1036	4	Gebehardus LIX. archiepiscopus Rauennas.	13		2
1037	5		14		3
1038	6		15		4
1039	7		1	Chunradus Imperator obiit prid. Nonas Iunij. IMP. CAES. HENRICVS II. NIGER P. F. Aug. 6. ex Germanis Occidētis Imp. an. 17. mē. 4. di. 22.	5
1040	8	Bruno episcopus Herbipolensis Theologus. Hermanus Contractus monachus, historicus. & mathematicus.	2		6
1041	9		3	Michael III. Imperator abdicauit mense Augusto. IMP. CAES. MICHAEL V. CALAPHATES P. F. Aug. cum uxore Zoe Augusta Imperauit mens. 4. dies 5.	7
1042	10	Eberardus Germanus patriarcha Aquileiensis ann. 7.	4	IMP. CAES. FL. CONSTANTINVS XI. MONOMACHVS pi ^o felix Aug. imperauit cum uxore Zoe & Theodora Augustis an. 13.	1
1043	11		5		2
1044	12	Vidgerus LX. Archiepiscopus Rauennas. ann. 2.	6		3
1045	152	Benedictus 9. papa. pontificatu exactus 11. Kal. Februarij SILVESTER III. Romanus Ioannes Laurentij f. episcopus Sabinus in schismate contra Benedictum 9. 11. Kal. Febr. creatus sed. mens. 1. dies 19. abdicauit V. Idus. Martij. GREGORIUS vi. Romanus Ioannes Gratianus Petri Leonis F. archipresbyter S. Ioannis ante portam Latinam abdicante Benedicto 9. creatus Kal. Maij. sed. ann. 1. mens. 7. dies 20.	7	Schisma XIX. in Romana ecclesia inter Benedictum 9. & Siluestrum III. Guido Valuassorius de Vellate Henrici III. Imp. à secretis ciuis & 75. archiepisc. Mediolanensis ann. 28. Nicephorus patriarcha Hierosolymorum.	4

Grego-

Anni Chri sti.	Anni Pont.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1046	2	Gregorius VI. papa coactus abdicavit XIII. Kal. Ianuarij. Vac. sedes dies 4.	8	Vidgerus archi. Rauennas coactus abdic. Vac. sed. Rauennas ann. 1. Conciliū Papiēse, & Sutrinū, pro tolledo schismate in S. R. E. exorto.	5
1047	152 1	CLEMENS ij. Inniōr Saxo Germanus Suideger ⁹ Bambergensis episcopus, creatus Sutri XII. Kal. Ianuarij, consecratus Romæ de Natalis Christi ineunte anno, sed. mens. 9. dies 7. obiit Romæ 7. Idus Octob. Vac. sed. mens. 9. dies 7.	9	Hunfredus Germanus, ex cancellario Henrici VI. Imperatoris LXI. archiepiscopus Rauennas ann. 1.	6
1048	153 1	DAMASVS ij. Iunior Bauarus Germanus Poppo Bagnariensis episcopus Brixinensis creatus Poletia in Germania, consecratus Romæ XVI. Kal. Augusti, sed. dies 23. Obiit Praneste 6. Idus Augusti Vac. sed. mens. 6. dies 3.	10	Hericus LXII. archiepiscopus Rauennas ann. 18. Concilium Marsburgense.	7
1049	154 1	LEO IX. Francos Gallus Brun Comes Dagspurg. Hugonias. Episcopus Tullensis in Leucis creatus Frisinga in Baioaria consecratus Romæ ad S. Petrum prid Idus Februarij, sed. ann. 5. mens. 2. dies 8.	11	Ebherardus Germanus patriarcha Aquileiensis ann. 17. Concilia quattuor, Lateranense Romæ, Ticinense in Lombardia, Remense in Gallijs, Moguntinum in Germania à Leone IX. papa celebrata.	8
1050	2	Concilia duo Romæ Laterani & Vercellis, in quibus semel atq; iterum hæresis Berengarij de sacramento Eucharistiæ damnata est.	12		9
1051	3	Synodus Lateranensis Romæ. Haymo Anglicus, Theologus egregius.	13	Michaël Cerularius LXXV. patriarcha Constantinopolitanus an. 8.	10
1052	4	Thomas Carthaginensis Episcopus Leo Acridanus, Bulgarorum primas, Nicetas pectoratus monachus, Studites Græc ⁹ , viri illustres	14	Vmbertus monachus episcopus Cardinalis S. Rufinæ Theologus, legatus Constantinopolim.	11
1053	5	Synodus Lateranensis Romæ à Leone papa celebrata.	15		12
1054	6	Leo IX. papa obiit XIII. Kal. Maij. Vac. sed. mens. 11. dies 24.	16	Imperator Cōstantinus Monomachus Aug. Obiit circa Kal. Decemb. THEODORA AVGVSTA Orientis imperium tenuit ann. 1. mens. 9.	13
1055	155 2	VICTOR ij. Iunior Sæuus Germanus Gebeardus comes Calbensis Arduig. episcopus Eistatensis, creatus Moguntia, consecratus Romæ Idib. April. sed. ann. 2. mens. 3. dies 16.	17	Concilium ex episcopis Italis Floretia habitum.	14
1056	2	Petrus Damiani ex monacho episcopus Ostiensis Lanfrancus ex abbate Codoniensi archiepiscopus Cantuariensis, Anselmus monachus Remensis, viri doctissimi & sanctissimi. Concilium Turonense contra Berengarium, tertium.	18	Theodora Augusta circa Kal. Septembris mortua est. IMP. CAES. FL. MICHAEL VI. SENIOR STRATIOTICVS pius felix Augustus imperavit ann. 1. Henricus ij. Imperator obiit III. Nonas Octobris IMP. CAES. HENRICVS III. SENIOR. P. F. Aug. 7. Occident Imp. ann. 49. mens. 10. di. 3. Victor	15

Anni Christi.	Anni potif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1057	156	Victor ij. papa obiit V. Kal. Augusti. Vac. sed. di. 4. STEPHANVS X. dictus 9. Hlotharingus Gallus, Fridericus Gozeloms ducis Hlotharingie filius, ex archidiacono & cancellario abbas Casinas, postea presbyter tt. S. Chrysogoni, creatus iij. Non. Augusti, sed, mens. 7. dies 28.	2	Abdicante circa Kal. Septembris Michaelē 6. Im- peratore, IMP. CAES. FL. ISAACIVS COMNENVS P. F. Aug. Imperavit ann. 2. mens. 3. Osbertus Anglus Monachus, vir doctissimus.	1
1058	1	Stephanus 9. obiit 4. Kal. April. Vac. sed. dies 6. BENEDICTVS ix. dictus x. Romanus Io. Min- cius ex comitibus Tusculanis Guidonis f. episco- pus Veliternus, creatus contra canones a laicis 9. Kal. April. sed. mens. 9. mens. 20.	2	Berengarius Turonensis archidiaconus Andegauē sis primus heresim contra diuinam Eucharistiā suscitauit, quam damnatam nostro saculo Zuuin- gilius, Oecolampadus, & Caluinus restituerunt, auxerunt, propagarunt.	1
1059	157	Benedictus x. papa coactus abdicauit 9. Kal. Fe- bruarij. NICOLAVS II. IUNIOR Allobrax Gerardus Burgundio episcopus Florentinus creatus 3. No- nas Ianuarij, sed. ann. 2. mens. 6. diem 1.	3	Constantinus. Lychades ex protouestiario LXXVII. patriarcha Constantinopolitanus ann. 4. mens. 6. Synodus Sutrina contra Benedictum X. Synodus Halberstatensis. Synodus magna Lateranensis, in qua de electione papa canon editus: Berengarius hereticus erro- rem. de sacramento eiu auit.	2
1060	2	Robertus Guiscardus Normannorū dux primus Calabria, & Apuleia a Nicolao ij. papa consti- tuitur. Synodus Roma a Nicolao ij. coacta.	4	Isaacius Imperator sponte abdicauit, in eius lo- cum factus est. IMP. CAES. FL. CONSTANTINVS XII. DV- CAS P. F. Aug. creatus ineunte anno 8. Kal. Ia- nuar. die Natalis Christi, imperavit an. 7. m. 6.	1
1061	3 158	Synodus Lateran a Nicolao ij. celebrata. Nicolaus ij. papa obiit V. Non. Iulij Vac. sed. mens. 2. dies 26. ALEXANDER ij. Iunior Mediolanensis Ansel- mus de Badagio Anselmi F. episcopus Lucensis, creatus pridie Kal. Octobris, sedit ann. 11. mens. 6. dies 22.	5	HONORIVS ij. Iunior Parmensis Cadolus, epis- copus Parmensis, in schismate, quod XX. fuit, con- tra Alexandrum ij. pseudo papa creatus sed. an. 5. mens. . . . dies . . . Synodus Mediolanensis.	2
1062	2	Ordo canonicorum regularium S. Augustini Romæ, Lucæ apud S. Fridianum, & in Italia ab Alexan- dro II. papa restitutus.	6	Synodus Lateranensis, in qua Cado- lus damnatus.	3
1063	2		7	Ioannes 7. Xiphilinus Trapezuntius monachus montis Olympi, LXXIIX. patriarcha Con- stantinopolitanus, sedit ann. 11.	4
1064	3	Synodus Mantuana pro scismate tollendo.	8		5
1065	4	Concilium Vintoniense in Anglia.	9		
1066	5	Rauengerius patriarcha Aquileien- sis ann. 2. Cadolus antipapa obiit.	10	Synodus Triburiensis.	7
1067	6	Concilium generale Melphitanum. Alfanus monachus Casinas Salernitanus archi- episcopus, theologus, & poeta. Concilium Mediolanense.	11	Imperator Constantinus 12. obiit Nonis Iulij. EVDOKIA PIA FELIX AVGVSTA vxor ipsius imperavit cū quatuor filijs Caesaribus mens. 7. dies 9.	8
1068	7	Sigewardus Germanus ex cancellario Imp. Henrici III. patriarcha Aqvi- leiensis ann. 9. Concilium Lateranense.	12	IMP. CAES. FL. ROMANVS V. DIO- GENES P. F. Aug. creatus Idibus Ianuarij, imperavit cum Eudoxia Augusta vxore, & quatuor Caesaribus priuignis Constantini 12. Augusti filijs ann. 3. mens. 8. dies 12.	2

N Syno-

Anni Chri sti.	Anni Pont.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1069	8	Synodus Moguntina.	13		2
1070	9	Gibertus de Corrigia Parmensis LXIII. archiepiscopus Rauennas an. 32. postea antipapa Clemens III.	14	Hanno Coloniensis, Anselmus Can- tuariensis, archiepiscopi, viri præ- clarissimi.	3
1071	10	Synodus Moguntina. Albericus, & Cōstantinus Afer, mo- nachi Casinates, viri doctissimi.	15	Romanus Imperator coactus circa Kal. Octobris abdic. IMP. CAES. FL. MICHAEL VII. DUCAS PA- RAPINACEVS pius felix August. Imperavit ann. 6. mens. 6.	4
1072	11	Synodus Lateranensis alia. Synod ⁹ Gallicana cōtra simoniacos.	16		1
1073	159 (1)	Alexander II. papa obiit 10. Kal. Maij. non. Vac. sedes. GREGORIVS 7. Saonensis Etruscus Hildebran- dus Bonitij f. monachus Fluuiacensis, ex archi- diacono S. R. E. creatus X. Kal. Maij, consecra- tus 3. Kal. Iulij, sed. ann. 12. mens. 1. dies 3.	17	Concilium generale Lateranense. Gotifredus pulso Guidone 76. archi- episcopus Mediolanensis in schif- mate creatus. sedit annos 3. Synodus Erfordiensis.	2
1074	2	Prima Synodus Lateranensis sub Gregorio VII. papa celebrata. Synodus Erfordiensis alia contra clericos vxoratos.	18	CONSTANTINVS XIII. DV- CAS Imp. à patre Michaelē VII. Aug. appellatus Imperavit ann. 7. cum parte 3. & mens. 6.	3
1075	3	Synodus Lateranensis secunda. Cosmas monachus LXXIX. patri- archa Constantinopolitanus an. 5. mens. 9.	19	Synodus Moguntina. Cyriacus Carthaginensis Archiepiscopus, qui multa pro Christi fide passus est. Petrus Ig- neus Florentinus monachus vallis vmbrosa, Episcopus Cardinalis albanus, miraculis cla- rus, Venericus German ⁹ Vercellefis Epūs, noti	4
1076	4	Cōgregatio Grandemōtēsis in Gal- lijs à beato Stephano constituta. Cōciliū schismaticorū Vormatiense. Synodus Lateranensis tertia, in qua papa Henricum Imp. excommu- nicauit.	20	Theobaldus alias Theoldus Castellio cuius & 77. archiepiscopus Mediolanensis ann. 8. Conuentus Principum imperij in Oppenheim. Synodus schismaticorum Ticinensis. Concilium Triburiense pro remedio imminentis schismatis. Hactenus Lambertus Schafnabur- gensis in Chronico Germania.	5
1077	5	Henricus Germani episcopus Aquileiensis ex archidiacono sedit ann. 6.	21	RODVLFS DVX Sueuorum Imperator appella- tus contra Henricū 3. imperavit an. 3. mens. 6.	6
1078	6	Synodi Lateranenses dua quarta & quinta, in qua schismatici episcopi multi, excōmunicati, & lex edita, ne Laicis principibus in conferen- dis sacerdotijs vllum ius esset, qui secus face- rent, anathemate diro notati.	22	Imperator Michael 7. Ducas coactus abdic. 7. Idus Aprilis. IMP. CAES. CONSTANTIN. XIII. DV- CASET NICEPHORVS. III. BOTANIA- TES, PII FEL. AVGG. Imp. vnà an. 3. di. 8.	7
1079	7	Synodus Lateranensis sexta.	23	Æmilianus patriarcha Antiochenus cui successit Nicephorus.	8
1080	8	Synodus Lateranensis 7. in qua Hē- ricus Imp. iterum excommunica- tus. CLEMENS 3. Parmensis Gibertus de Corrigia archiepiscopus Rauennas in schismate cōtta Gregoriū 7. Brixini 7. Kal. Iulij creatus studio Imperatoris Henrici 3. sedit ann. 21.	24	Rodulfus Imperator occisus est. Ordo canonicorum regularium S. Augustini ab Iuone episcopo Carnotensi in Gallijs restitutus, Conuentus duo schismaticorum e- piscoporum, Moguntinis & Bri- xinensis. Schisma in Romana Ecclesia XXI.	9

Anni Christi.	Anni pōtif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1081	9	Eustrathius II. Eunuchus monachus Garidentis XXC. Constantinopolis patriarcha sed. ann. 3. Synodus Lateranensis octava.	25	Nicephorus & Constantinus Augg. coacti abdicarunt Kal. April. IMP. CAES. ALEXIUS COMNENVS ISAACI Aug. F. P. F. Aug. Imperavit an. 37. mens. 4. dies 15.	1
1082	10	Anselmus Lucentis episcopus canonum collector, & Theologus. Marianus Scotus monachus Fuldenfis hitoricus & mathematicus.	26		2
1083	11	Synodus Lateranensis nona. Synodus Educensis.	27		3
1084	12	Clemens III. Antipapa consecratus IX. Kal. April. Fridericus II. Germanus patriarcha Aquileiensis sedit annum. 7. Anselmus III. de Raude ciuis & 78. archiepiscopus Mediolanensis an. 8. Synodus Romana Schismaticorum.	28	Imperator Henricus III. Augustus coronatus Romæ in basilica Vaticana die Paschæ prid. Kal. Aprilis à Clemente III. pseudo papa. Nicolaus III. Grammaticus monachus XXCI. patriarcha Constantinopolitanus sed. annos 27.	4
1085	1	Gregorius VII. papa obiit VIII. Kal. Iunij. Vac. sedes annum 1. Cōuentus duo schismaticorum Moguntia congregati.	29	Vudoricus Germanus, patriarcha Aquileiensis sedit ann. 28. Synodus in Berchah oppido Thuringia, pro tollendo schismate.	5
1086	100 1	VICTOR III. Beneuentanus Desiderius abbas Casinas ex presbyt. Cardinale tt. S. Cæciliæ CLX Christianorū epūs, creat⁹ IX. Kal. Iunij, cōsecratus anno sequēti Capuæ 7. Id. Maij, sed. ann. 1. mens. 3. dies 24.	30	Ordo Carthusianus à B. Brunone in Gallijs institutus.	6
1087	2	Victor III. papa obiit 16. Kal. Octobris Vac. sed. mens. 5. dies 23. Deusdedit presbyter Cardinalis tt. Eudoxiæ canonum ecclesiasticorum collector.	31	Concilia duo à Victore 3. papa celebrata, Capuanum & Beneuentanū, quibus Gregorij 7. acta confirmavit, & in Imperatorem excommunicationem renouavit.	7
1088	161 3	VRBANVS 2. Iunior Gallus Orto Milonis F. Remensis monach⁹ Cluniacensis ex episcopo Ostiense creat⁹ 4. Idus martij, sed. an. 11. mens. 4. di. 18.	32	Concilia Garstungi, Quintelingeburgi & Moguntia in Germania, pro tollendo schismate coacta.	8
1089	2	Synodus Troiana in Apulia ab Urbano II. papa celebrata.	33	Basilus monachus hareticus errorem Berengarij renouavit.	9
1090	3	Ioannes Græcus patriarcha Antiochenus ann. 10.	34	Simeon Græcus patriarcha Hierosolymorum.	10
1091	4	Synodus Melphiensis ab eodem pontifice. Iuo epūs Carnotensis canonū collector, & Anselmus archiep. Cantuariensis doctus Theologus.	35		11
1092	5	Arnulfus III. ex capitaneis porta Orientalis ciuis & 79. archiepiscopus Mediolanensis sed. ann. 4.	36	Dodequinus Abbas S. Disibodi, qui Mariani Scoti Chronicō suppleuit	12
1093	6	Synodus Troiana secunda ab eodem pontifice coacta.	37		13
1094	7	Synodus Barenfis.	38		14

Anni Chri sti.	Anni Pont.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1095	8	Ordo fratrum S. Antonij de Vienna à Gastone, & Girono nobilibus Viennensibus sub reg. S. Augustini. Synodus Vastalensis in Lombardia ab Urbano ij. papa coacta.	39		15
1096	9	Synodi generales duæ Placentina in Italia, & Claromontana in Gallijs pro recuperatione terræ sanctæ.	40	Anselmus III. Valuassorius ciuis & 80. Mediolanensis archiepiscopus sedit annos 4.	16
1097	10	Synodus generalis Romæ in basilica S. Petri.	41		17
1098	11	Expeditione ab Occidentibus Christianis in Sarracenos Orientales instituta, Antiochia III. Nō. Iunij capta est à Christianis Duce Gotifredo Hlotarigo, Dynasta Ioanne Græco patriarcha.	42	Congregatio S. Benedicti Cisterciensis à B. Roberto in Gallijs instituta. Concilium Romanum schismaticorum.	18
1099	12 (162)	Urbanus ij. papa obiit iij. Kal. Aug. Vac. sed. di. 14. PASCALIS ij. Bledensis Tuscus Rainerius Crescentij fimonachus Cluniacensis presbyt. Cardinalis tr. S. Clementis creatus Idi. Augusti, consecratus postridie, sed. ann. 18. mens. 5. dies 9.	43	Hierosolimæ à Christianis Idib. Iulij captæ, primus rex Dux. Gotifredus Hlotaringus creatus. Simeon Græcus patriarcha abdic. Vac. sed. m. 5. di. 15.	19
1100	1	Antiochia primus ex Latinis patriarcha constituitur Bernardus Valentinus Gallus episcopus Artasiensis ann. 33. Grosolanus, alias Chrysolanus ex episcopo. . . . 81. Mediolanensis archiepiscopus ann. 9.	44	Hierosolymis primus ex Latinis patriarcha creatur Kal. Ianuarij Dabertus Pisanus archiepiscopus, qui sedit ann. 3. mens. 3. dies	20
1101	2	Clemens. iij. antipapa obiit mense. Septembri. Albertus Atellanus in schismate post Clementem 3. pseudopapa creatus sedit mens. 4. dies. . . .	45	Gualterius LXIII. archiepiscopus Rauennas ann. 40.	21
1102	3	Theodoricus Romanus in schismate Antipapa creatus, sed. m. 3. di. 15. Silvester III. Romanus Maginulfus abbas . . . in schismate pseudopapa creatus paulò post coactus abdic.	46	Concilium magnum Laterani à Paschali II. papa ex omnibus episcopus Occidentis habitum. Sigebertus monachus Gemblacensis scriptor chronicorum.	22
1103	4		47	Ebremarus ex presbytero II. patriarcha Hierosolymitanus ann. 4.	23
1104	5	Concilium Florentiæ à Paschali II. papa coactum.	48		24
1105	6		49		25
1106	7	Maximus LII. imperij procerum Moguntia cōuentus habitus, in quo Henricus Imp. 4. imperio exactus & filius Henricus 5. ei sub rogatus. Ossa Giberti olim Clemētis 3. antipapæ combusta. Concilium generale Vastalense in Padi ripa à Paschali 2. celebratum, in quo Gregorij 7. & Urbani 2. acta confirmata.	50	Henricus Imperator obiit VII. Idus Augusti Leodij. IMP. CÆS. HENRICVS III. IV. NIOR P. F. Aug VIII. Occid. Imperator creatus ineunte anno die Natali Christi Imperauit ann. 18. mens. 9. dies 15.	26

Conci-

Anni Christi.	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriet.
1107	8	Concilium frequens Trecente à Paschali II. coactum.	2	Gibellinus Francus Gallus ex archiep. Arelatense III. Hierosolymorum patriarcha, sedit ann. 4. mens.	27
1108	9	Synodus Beneuentana, à Paschali II. celebrata.	3		28
1109	10	Iordanus ex capitaneis Clivi de Seprio ciuis & 82. Mediolanensis archiepiscopus ann. 9.	4		29
1110	11		5		30
1111	12	Ioannes VIII. Agapitus ex diacono XXCII. patriarcha Constantinopolitanus, sedit ann. 24.	6	Henricus 4. Imperator Romæ in basilica Vaticana Idib. April. à Paschali papa coronatus est. Pax inter pontificem & Imperatorem inita.	31
1112	13	Synodus magna Lateranensis, in qua papa priuilegia Hérico V. Imp. III. per vim concessa reuocauit.	7	Arnulfus Malcorona ex archidiacono IIII. Hierosolymorum patriarcha annos 7.	32
1113	14	Gerardus de Primeriaco villa Austriæ Germanus patr. Aquileiens. ann. 12. Synodus Beneuentana à Paschali II.	8		33
1114	15	Synodus Cyperanti in Latio ab eodem pontifice.	9		34
1115	16	Synodus Troiana in Apulia ab eodem pontifice. Mithildis magna illa & celebris comitissa obiit heredem S. R. Ecclesiã relinquens.	10		35
1116	17	Synodus magna Lateranensis.	11		36
1117	18	Synodus Beneuetana à Paschali II. papa.	12	Honoricus ex capitaneis de Curte, Vicedominus & archipresbyter magnæ ecclesiæ, ciuis & 83. Mediolanensis archiepiscopus ann. 6.	37
1118	163	Paschalis II. papa obiit XII. Kal. Februarij. Vac. sed. dies 3. GELASIVS II. IVNIOR Caietanus Ioanes, Crescētij F. monachus Casinas ex primo diacono Cardinale, & cācellario creatus 8. Kal. Feb. consecratus Kal. Martij, sed. an. 1. di. 5. GREGORIVS 8. Hispanus Mauritius Burdinus, archiepiscopus Bra-caren-sis, in schismate (quod XXII. fuit) contra Gelasium II. antipapa creatus mense Aprili, sedit an. 3..	13	Alexius Imperator mortuus est 18. Kal. Septembris. IMP. CÆS. IOANNES IVNIOR COMNENVS P. F. Aug. Alexij F. imperauit ann. 24. mens. 8. dies Guarimundus Ambianensis Gallus, V. patriarcha Hierosolymitanus, sedit ann. 10. Concilium Viennense à Gelasio II. papa celebratum.	38

94	PONTIFCES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
Anni Christi.	Anni pont.			
1119	164	14	Per hæc tempora quattuor militia- rum ordines. Hierosolymis aut in- stituti, aut restituti, & amplificati fuere Hospitaliorū, qui & S. Io- annis, & Rhodij dicti sunt, à Gerar- do quodam, Templariorū ab Hu- gone, & Gotifredo S. Mariæ Teu- thonicorum à Germanis, & S. La- zari diu antè à D. Basilio conditus.	1
1120	2	15	Ordo canonicorum regularium S. Augustini Pra- mostratensium à Hortberto episcopo Partheno- politano in Gallijs institutus.	2
1121	3	16	Gregorius VIII. antipapa coactus abdicaui, & in monasterio conclu- sus est.	3
1122	4	17	Concilium Lateranense pro schif- mate tollendo. Concordia inter imperium & sacerdotium inita.	4
1123	5	18	Omnium maximum Lateranense Concilium episcoporum, & abba- tum ferè ∞ congregatum, in quo pax ecclesiastica confirmata.	5
1124	6	19	Callistus II. papa obiit Idibus De- cemb. Vac. sed. diem. 1. HONORIVS ij. Bononiensis Lambertus de Fag- nano episcopus Ostiensis, creatus XIX. Kal. Ia- nuarij, coronatus XII. Kal. Januarij, sedit ann. 5. mens. 2. dies. 3. CAELESTINVS ij. Romanus Theobaldus Bucca- petus presbyter et. S. Anastasia in Schismate creatus eodem die abdicauit.	6
1125	1	20	Peregrinus Aquileiensis patriarcha ann. 32.	7
1126	2	1	Henrico 4. Imp. XII. Kal. Ianuarij mortuo fuit interregnum mensium 3. dierum 23. IMP. CAES. HLOTARIVS IVNIOR P. F. Aug. IX. ex Germanis Occid. Imp. creatus Idibus septembris, ann. 13. mens. 2. dies 21.	8
1127	3	2		9
1128	4	3	Concilium apud Troiam Apulix Honorio II. habitum.	10
1129	5	4	Stephanus Carnotensis Gallus abbas sancti Ioannis de Valle Carnuti VI. patriarcha Hierosolymorum ann. 2.	11
			Hono-	12

Anni Christi	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriet
1130	266	Honorius 2. papa obiit XIII. Kal. Martij. Vac. sed. diem 1. INNOCENTIVS II. Romanus Gregorius Ioannis Guidonis F. ex primo diaconorum Cardinalium creatus XIII. Kal. Martij consecratus proximo die dominico sed. an. 13. mens. 7. dies 8. Concilia duo Pisanum, & Claromontanum in Gallijs ab Innocentio 2. contra Anacletum 11. celebrata. Colloquium Stampisæ rege Francorum Ludouico habitum in causa schismatis.	5	ANACLETVS II. Romanus Petrus Petri Leonis ex presb. tt. Callisti in schismate (quod XXIV.) fuit contra Innocentium II. creatus XIII. Kal. Maij consecratus die dominico proximo sed. an. 7. mens. 9. di. . . Guillelmus Meclinien. Flander ex Priore S. Sepulchri vij. Hierosolymorum patriarcha sed. ann. 15. Rogerius Hortmandus Apulix, & Calabriae dux Siciliaeque Comes primus rex ab Anacleto II. appellatus Beneuenti V. Kal. Octobris.	12
1131	2	Synodus Leodiensis ab Innocentio II. habita, cui Hlotharius Imp. interfuit. Concilium generale ex episcopis transalpinis Remense	6	S. Bernadus monachus Cisterciensis abbas Clareuallensis, & Hugo de S. Victore presbyter & monachus viri doctissimi & sanctissimi.	13
1132	3	Rodulfus de Damfrunt, Cenomanensis Gallus ex archiepiscopo Mamistano II. Latinorum patriarcha Antiochenus an. 4. mens. . . .	7		14
1133	4	Concilium generale Placentiae ex omnibus episcopis Italis.	8	Robaldus ex episcopo Albese 85. Mediolanensis archiepisc. sedit ann. 10	15
1134	5	Hlotharius Romae in basilica Lateranensi pridie Non. Iul. ab Innocentio II. Imperator coronatus est.	9		16
1135	6	Concilium generale ex totius Occidentis episcopis Pisanum.	10	Leo Zypetes alias Styppiotus XXC. III. patriarcha Constantinopolitanus, sed ann. 9.	17
1136	7		11		18
1137	8	Aimericus Lemouicensis Gallus ex subdiacono & decano magna ecclesiae iij. Antiochenus patriarcha ann. 50.	12		19
1138	9	Anacletus ij. antipapa obiit mense Ianuarij, in eius locum factus est. VICTOR iij. Romanus Gregorius presbyter Cardinalis basilicae sanctorum 12. apostolorum qui sed. mens. 5. Sponte abdicauit iij. Kal. Ianuarij, & ita schismati 24. in Romana ecclesia finis impositus.	13	Hlotarius Imperator obiit III. Non. Decemb. Interregnum mensium III.	20
1139	10	Synodus maxima Romae Laterani episcoporum & abbatum circiter mille celebrata, in qua acta Anacleti II. irrita habita.	14	CÆSAR CHVNRADVS III. REX ROMANORVM X. creatus Kal. Aprilis, regnavit ann. 12. mens. 10. dies 15.	21
1140	11		15		22

Mofes

Anni Chri- sti.	Anni pont.	96 PONTIFCES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1141	12	Motes LXV. archiepiscopus Rauennas ann.... pontifex, regni insulas Rogerio Siculo confirmavit.	3	Ordo Carmelitarum restitutus, & reformatus ab Aimerico Malofaida Lemouicense patriarcha Antiocheno & apostolicae sedis trans mare legato in monte Surię Carmelo, quorum primus Prior fuit frater Bertoldus vir sanctus.	23
1142	13		4		24
1143	14 (167)	Innocentius II. papa obiit VIII. Kal. Octob. Vac. sed. diem 1. CAELESTINVS II. Tifernas Tuscus M. Guido de Castello ex presbytero tt. S. Marci creatus VII. Kal. consecratus VI. Kal. Octob. sed. mens. 5. dies 13. Vbertus Pirouanius ciuis & 86. Mediolanensis archiepiscopus ann. 25.	5	Ioannes Imp. Constantinopolitanus obiit mense Aprili. IMP. CAES. MANVEL COMNENVS PORPHYROGENITVS P.F. Aug. Imperavit ann. 37. menses 5. dies... Michael Iunior Oxites monachus monasterij Acuti XXCIII. Constantinopolitanus patriarcha, sed. ann. 4. mens. 6. abdicauit.	2
1144	(168) 1	Caelestinus II. papa obiit VII. Idus Mar. Vac. sed. dies. 2. LVCIVS II. BONONIENSIS D. Gerardus Cuiusdam canonicus regularis ex presbyt. tt. S. Crucis in Hierusalem creatus iij. Idus Martij, consecratus proximo die dominico, sed. mens. 11. dies 14.	6	Arnaldus quidam Brixianus primus in Occidente haeresim condidit, qua Romani pontificis auctoritatem labefactaret.	2
1145	(169) 2	Lucius II. papa obiit 5. Kal. Martij Vac. sed. dies 1. EVGENIVS III. PISANVS D. Petrus Bernardus ex oppido montis Magni abbas monasterij trium fontium creatus III. Kal. Martij, consecratus III. Non. Martij, sed. an. 8. mens. 4. dies 12.	7	Armeniorum patriarcha Catholicus vocatus, Viterbium ad pontificis obedientiam venit.	3
1146	2	Anselmus LXVI. archiepiscopus Rauennas ann. . . .	8	Fulcherus ex archiepiscopo Tyrense VIII. Latinorum Hierosolym. patriarcha, sed. an. 11. mens. di. 27.	4
1147	3	Eugenius III. papa parisijs conuentum magnum episcoporum habuit in causa fidei Gilberti Porrectani Pictauiensis episcopi.	9	Colmas II. Aegineta Atticus ex diacono XXCV. patriarcha Constantinopolitanus sed. mens. 9. abdicauit.	5
1148	4	Concinum generale Remense ab Eugenio III. papa	10	Nicolaus III. Muzalius XXCVI. patriarcha Constantinopolitanus ann. 3.	6
1149	5		11		7
1150	6	Aliquot à papa Eugenio III. in Gallijs episcoporum conuentus habiti.	12		8 Theo.

Anni Chri- sti.	Anni pōrif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1151	7		23	Theodosius II. XXCVII. patriarcha Constantinopolitanus. ann. 2.	9
1152	8	Otho Frisingiensis episcopus historicus.	1	Cæsar Chunradus obiit XV. Kaléd. Martij, Interregnum dierum 17. IMP. CÆS. FRIDERICVS BARBARVSSA pius felix Aug. XI ex Germanis Occidentis Imperator imperavit ann. 37. mens. 3. dies 7.	10
1153	(170) 1	Eugenius 3. papa obiit 8. Idus Iulij. Vac. sedes diem 1. ANASTASIUS III. ROMANVS Chunradus de Subura, Benedicti F. canonicus regularis, ex episcopo Sabino CLXX. Christianorum episcopus creatus 6. Idus Iulij, consecratus 4. Idus Iulij, sedit ann. 1. mens. 4. dies 24.	2	Constantinus 4. XXCIIX. Constantinopolitanus patriarcha sedit an. 2.	11
1154	2 (171)	Anastasius III. papa obiit 4. Non. Decembris, Vac. sed. diem 1. HADRIANVS III. ANGLVS, D. Nicolaus Brekspere Batoniensis canonicus regularis ex abbate S. Rufi Valentia episcopus Albanus, creatus Nonis Decemb. coronatus sedit ann 4. mēf. 8. dies 28.	3	Gratianus monachus canonum collector, Ricardus monachus S. Victoris Parisiensis Theologus, Petrus Lombardus episcopus Parisiensis magister sententiarum vulgo appellatus, viri egregij.	12
1155	1	Fridericus Imperator Roma in Basilica Vaticana 14. Kal. Iulij coronatus est ab Hadriano III. papa.	4	Lucas monachus XXCIX. Constantinopolitanus patriar. sed. ann. 12.	13
1156	2				14
1157	3	Gotifredus patriarcha Aquileiensis ann. 32.	5	Guido Comes de Blanderate Mediolanen. ex subdiacono S. R. E. LXVII. arch. Rauennas ann.	15
1158	4		6	Amatricus Nouiodunensis Gallus Prior Dominicę sepulchri IX. Hierosolymorū patriarcha an. 23.	16
1159	5 (172)	Hadrianus 4. papa obiit Kal. Septemb. Vac. sed. dies 3. ALEXANDER III. SENENSIS Rolandus Bandinellus Ranutij. F. ex presby. Cardinale tt. S. Marci & cancellario, creatus Non. Septemb. consecratus XII. Kalend. Octobris sed. ann. 21. mens. 11. dies 23.	7	VICTOR III. ROMANVS Octavianus de Montecello ex presbytero Cardinale tt. S. Cæciliæ creatus in schismate contra Alexandrum 3. Non. Septemb. cōsecratus 4. Non. Octob. sed. ann. 4. mens. 7. dies... Schisma in ecclesia Romana XXV.	17
1160	1	Ordo fratrum Eremitarum S. Guillelmi sub regula S. Augustini à Guillelmo Aquitania duce factus.	8	Ticini pro schismatis remedio episcoporum conuentus ab Imperatore congregatus est.	18
1161	2		9		19
1162	3	Petrus de Riga Remensis, clericus Theologus.	10		20
1163	4	Conciliū magnū Turonense in Gallia ab Alexandro 3. celebratum episcoporum CL. abbatum CCCC.	11		21

Anni Chri sti.	Anni Pont.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1164	5	Victor 3. antipapa obijt, in eius locum factus est. PASCHALIS III. CREMENSIS Guido ex pres- bytero Cardinale, tt. Call. sti creatus circa Kal. Maij, in Schismate contra Alex. tertium, sedit ann. 5. mens. ... dies.... Chunradus LXVIII. archiepisc. Rauēnas an....	12		23
1165	6	Robertus Lincolnensis, Ioānes Car- notensis episcopi, Petrus Blesensis archidiaconus, Theologi.	13		23
1166	7		14		24
1167	8		15	Michalēl III. Anchialensis XC. patr. Constantinopolitanus, sed. ann. 9.	25
1168	9	Galdinus de Sola, aliās Voluaforius S. R. E. presbyt. Cardinalis tt. S. Sa- binæ, & apostolicæ sedis legatus, ci- uis & 87. archiepiscopus Mediola- nensis, sed. ann. 5.	16		26
1169	10	Mortuo Paschale 3. pseudo papa in eius locum fa- ctus est. CALLISTVS III. HVNGARVS Ioannes mona- chus & abbas Strumiensis ex episcopo Tuscula- no creatus in schismate contra Alex. 3. sed. an. 7. mens. 5. dies	17	Ordo Cruciferorū institutus, vel re- formatus à Gerardo Priore S. Ma- riæ Bononiæ, auctore Alexandro III. papa, qui eius ordinis fratribus regulam viuendi dedit.	27
1170	11	Congregatio humiliatorum ab ex- ulibus Mediolanensibus instituta.	18	Ordo Militiæ S. Iacobi de pata or- dinis S. Augustini à Petro Ferdi- nandi in Hispania institutus.	28
1171	12		19		29
1172	13		20		30
1173	14	Algisius Pirouanius ex magnæ ec- clesiæ Cymiliarcha 88. Mediola- nensis archiepiscopus ann. 8.	21		31
1174	15	Guillelmus LXIX. archiepiscopus Rauennas ann....	22	Hugo Heterianus, Leo Tuscus Ma- nuēlis Imp. Græcarum epistolarum interpres, Ekbertus abbas S. Flori- ni, Theologi.	32
1175	16		23		33
1176	17		24	Charito XCI. Cōstantinopolitanus patriarcha, sedit an. 1. mens. 2. di...	34
1177	18	Innocentius 3. Lando antè vocatus, in schismate contra Alexandrum 3. creatus paulò post abdicauit, & schisma sublatum.	25	Theodosius 2. magnus XCII. Con- stantinopolitanus patr. an. 6. abdic. Conuentus maximus Venetijs habi- tus, vbi inter, pontificem & Impe- ratorem pax facta.	35
1198	19		26		36

Con-

Anni Chri- sti.	Anni pōtif.				
1179	20		27		37
1180	21	Concilium generale magnum Late- ranense CCXXC. episcoporum. Heraclius ex archiepiscopo Cæsa- riense X. Latinorū Hierosolymis pa- triarcha creat ⁹ Idib. Oct sed. an. 24.	28	Manuël Imp. mortuus est. V. Nonas Octobris. IMP. CAES. ALEXIVS COMNENVS IVNIOR PORPHYROGENITVS Manuëlis F. Pius felix Aug. ann. 3. dies	38
1181	22 (173)	Alexander iij. papa obiit 6. Kal. Septemb. Vac. sed. diem 1. LVCIVS III. LVCENSIS ETRVSCVS Vbaldus Allucingolus Bonagnuntæ f. ex episcopo Ostiensi creatus 4. Kal. Septemb. postmid. coronatus, sed. ann. 4. mens. 2. dies 28.	29	Gerardus LXX. archiepiscopus Rauennas ann. . . . Gotifredus Viterbiensis historicus. Lambert ⁹ Cribellus ciuis & 89. Me- diolanensis archiepiscopus ann. 5. postea creatus Vrbanus III. papa.	1
1182	3	Petrus Comestor auctor historiæ scholasticæ.	30		2
1183	2	Basilicus II. Camateruas XCIII. Constantinopolitanus patriarcha ann. 3. mens. 6. abdicauit.	31	Alexius Imperator mente Octobris occisus est. IMP. CAES. ANDRONICVS COMNENVS P. F. Aug. impera- uit ann. 7. mens. 11. dies	3
1184	3	Magnus Veronæ conuētus, cui pa- pa, imperator, & multi episcopi in- terfuerunt.	32	Leonicus patriarcha Hierosolymi- tanus Græcus.	1
1185	4 (174)	Lucius iij. papa obiit Veronæ 7. Kal. Decemb. sed. non. uac. VRBANVS III. MEDIOLANENSIS Lamber- tus Cribellus Ioannis F. ex archiepiscopo Medio- lanense creatus 7. Kal. coronatus iij. Kal. De- cemb. sed. ann. 1. mens. 10. dies 25.	33	Andronicus Imp. prid. Id. Septemb. coactus abdicauit. IMP. CAES. ISAACIVS ANGE- LVS P. F. Aug. imperauit ann. 9. mens. 7.	2
1186	1	Nicolaus V. aliàs Nicetas Mundanus Magnæ ecclesiæ sacellarius xciiij. Constantinopolitanus patriar. an. 6. mens. 6. abdicauit.	34	Theodorus Balsamus Antiochenus Græcus patriarcha, que Scholis multa illustrauit Concilia. Milo Cardanei ⁹ ex archipresbytero magnæ ecclesiæ epūs Taurinas 90. archiepiscop ⁹ Mediolanensis an. 8.	1
1187	2 (175)	Vrbanus III. papa, obiit. XIII. Kal. Nouemb. Vac. sed. diem 1. GREGORIVS VIII. BENEVEN- TANVS Albertus Spanachionius aliàs de Mora, ex presbytero Cardi- nale tt. Lucinæ, & cancellario crea- tus XIII. Kal. coronatus 8. Kal. No- uemb. sed. mens. 1. dies 27. obiit 17. Kal. Ian. Vac. sed. dies 20.	35	Hierosolimæ à Sarracenis duce Sa- ladino Agyptiorum Sultano Christianis ereptæ. Rodulfus quartus ex Latinis Antio- chenus patriarcha, sedit ann. 33.	2
1188	1 (176)	CLEMENS III. ROMANVS Paul ⁹ scholaris Io. F. ex episcopo Cardinale Prenestino creatus, & coronat ⁹ 8. Id. Ianuarij, sed. an. 3. mēf. 2. di. 20.	36		3
1189	2	Vorlalicus patriarcha Aquileiensis ann. 10.	37		4

Anni Chri sti.	Anni Pont.	100	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1190	3			2	Fridericus Barbaruffa Imp. obiit III. Idus Iunij. IMP. CAES. HENRICVS VI. PIVS FEL. Aug. 12. ex Germanis Occid. Imperator, Imp. an. 8. mēf. 2. di. id.	5
1191	8	177	Clemens 3. papa obiit 8. Kal. April. Vac. sed. di. 3. CAELESTINVS III, ROMANVS Hyacinthus Bobo ex primo diaconorum Cardinalium S. Maria in Cosmedin creatus 4. Kal. April. consecratus 18. Kal. Martij, sedit an. 6. mēf. 9. di. 11.	2	Henricus 6. Imp. Romæ in basilica Vaticana XVII. Kal. Maij à Cælestino III. papa. coronatus est.	6
1192	2			3	Leōtius monachus XCV. patriarcha Cōstātinopolitanus an. 1. abdicauit	7
1193	3		Vbertus II. Terciacus ex archipresbytero Modoeciensi 91. Mediolanensis archiepiscopus ann. 2. mēf. 9.	4	Dositheus Viticlini F. Venetus monachus Studite ex patriarcha Hierosolymorum Græco XCVI. patr. Constantinopolitanus an. 1. abdic.	8
1194	4			5	Georgius II. Xiphilinus Trapezuntius sacrorū vasorū custos XCVIII Constantinopolitanus patriarcha sedit ann. 7.	9
1195	5			6	Isaacius Imperator Constantinopolitanus iij. Idus coactus abdicauit. IMP. CAES. ALEXIVS IIII. ANGELVS P. F. Aug. Imperauit ann. 8. mēf. 3. dies 10.	1
1196	6		Guidotus LXXI. archiepiscopus Rauennas. Philippus Lampognanus Prandolonus ciuis & 92. Mediolanensis archiepiscopus ann. 3.	7		2
1197	7			8		3
1198	178		Cælestinus III. papa obiit 6. Idus Ianuarij. Non. vac. sed. INNOCENTIVS. III. ANAGNINVS Hlotharius Transimundi F. ex comitibus Signæ ex diacono Cardinale SS. Sergij, & Bacchi creatus 6. Idus Ianuarij consecratus 8. Kal. Martij, sedit ann. 18. mēf. 6. dies 9.	9	Henricus VI. Imperator mortuus est prid. Kal. Octobris. Interregnum mēf. 8. dierum 6.	4
1199	2		Ioannes 9. Camaterus XCIIIX. patriarcha Constantinopolitanus sedit ann. 5. Peregrinus II. Aquileiensis patriarcha ann. 4. Vbertus III. Pirouanius ex presbytero ordinario magnæ ecclesiæ S. R. E. presbyter cardinalis 93. Mediolanensis archiepiscopus ann. 11.	8	CÆSAR PHILIPPVS REX ROMANORVM creatus 8. Idus Martij regnavit ann. 9. mēf. 5. dies 15. IMP. CAES. OTHO IIII. P. F. AVGVSTVS in schismate contra Philippum rex appellatus mēf. Martio, imperauit ann. 20. mēf. 2. dies aliquot.	5

Con-

Anni Chri- sti.	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriet.
1200	3	Congregatio Humiliatorum confirmata.	2	Helinādus monachus Montis frigidii historicus, Ioannes Beleth theologus Parisiensis clarent.	6
1201	4	Ordo S. Spiritus Hospitaliariorum Romæ hoc tempore inchoatus.	3		7
1202	5	Guillelmus II. LXXII. archiepiscopus Rauennas.	4		8
1203	6	Vuolfcherus Germanus Aquileiensis patriarcha sedit annos 16.	5	Alexius 3. Imperator coactus abdicauit 13. Kal. Augusti. IMP. CAES. ALEXIVS III. ANGELVS PORPHYROGENITVS pi ^o fel. Aug. imperauit m. 6. di. 8.	9
1204	7	Thomas Maurocenus Venetus primus ex Latinis Constantinopolitanus patriarcha. Constantinopoli à Latinis prid. Idus Aprilis capta imperij titulos in Asia arripuit. IMP. CAES. FL. THEODORVS LASCHARIS Aug. qui imperauit annos 18.	6	Alexius 4. Imperator 5. Kal. Feb. occisus est. IMP. CAES. ALEXIVS DVCAS MVRZVFLVS Aug. Occiso Alexio 4. imperauit mens. 2. dies 16. A Venetis, & Francis coactus abdicauit prid. Id. April. & occisus est. Interregnum mens. 1. dierum 4. IMP. CAES. BALDVINVS PIVS FELIX Aug. primus ex latinis Orientis Imperator XVII. Kal. Iunij creatus, imperauit mens. 11. Albertus ex episcopo Vercellensi 11. Hierosolimorum patriarcha an. 23.	1
1205	8	Ordo prædicatorum inchoatur à S. Dominico. Regula fratrum Carmelitarum ab Alberto patriarcha Hierosolymitano scripta, ordo restituitur, & reformatur sub generali priore F. Bertoldo II.	7	Balduinus Imp. 17. Kal. Maij prælio victus à Ioanne Myso Blæorum duce captus est, & anno sequenti occisus, quo capto fuit interregnum ann. 1. mensium 4.	8
1206	9	Michael 4. Autorialanus à Græcis in schismate post obitum Ioannis Camateri contra Thomam Latinum XCIX. Cōstātinopolitanus patriarcha creat ^o , sedit in Asia an. 5. m. 6.	8	IMP. CAES. HENRICVS P. F. Augustus secundus ex Latinis Orientis Imperator creatus XIX. Kalendaras Septemb. Imperauit ann. 10.	2
1207	10		9		2
1208	11	Ordo S. Trinitatis de redemptione captiuorum Romæ hoc tempore initus.	10	Philippo Cæsare X. Kal. Iulij occiso solus regnat Otho 4.	2
1209	12	Ordo Minorum inchoatur à S. Francisco.	11	Otho 4. Imp. Romæ in basilica Vaticana V. Id. Octob. ab Innocentio 3. papa coronatus est.	3

O 3 Alber

Anni Chri- sti.	Anni pont.	94 PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1210	13	Albertus LXXIII. archiepiscopus Rauennas.	12	Otho iiij. excommunicatus est ab In- nocentio iij. papa, imperioque pri- uatus. IMP. CAES. FRIDERICVS II. ROGERIVS P. F. Aug. creatus Idibus Decemb. imperauit an. 40.	4
1211	14	Ricardus, aliàs Gerardus de Sello Regiensis ex episcopo Nouariensi & Apostolicæ sedis in Lombardia legato 04. Mediolauensis archiepi- scopus, sedit mensem 1.	8	Henricus II. Sectara ex magnæ ec- clesiæ Cymiliarcha ciuis & 95. Me- diolanensis archiepiscopus an. 20.	5
1212	15		2	Otho 4. solèni ritu ab Innocent III. papa imperio iterum priuatus.	6
1213	16		3	Theodorus 3. C. Constantinopolita- nus Græcus patriarcha ann. 2.	7
1214	17		4		8
1215	18	Concilium generale magnum Late- ranense episcoporum CCCC.	5	Maximus II. ex Acimitis CI. patriar- cha Constantinopolitanus men- ses 7. Ordo fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ in Vngaria à B. Eu- sebio Strigoniensi institutus.	9
1216	19 (179)	Innocentius III. papa obiit 17. Kal. Aug. Vac. sed. diem. 1. HONORIVS III. ROMANVS Cencius Sabellus Aimerici F. ex presb. Cardinale tt. Pammachij, creatus XV. Kal. consecratus IX. Kal. Aug. sed. an. 10. mens. 8. Ordo prædicatorum à S. Dominico institutus confirmatur.	6	IMP. CÆS. PETRVS PIVS FE- LIX Aug. 3. Latinorum Orientis Imp. Imperauit ann. 5. Manuël Philosophus CII. patriar- cha Constantinopolitanus ann. 4. mens. 7.	10
1217	1	Ordo Vallis scholarium Parisijs con- firmatur.	7		1
1218	2		8	Otho 4. olim Imperator obiit V. Kal. Maij.	2
1219	3	Bertoldus filius Ducis Morauorum Germanus patriarcha Aquileien- sis ex archiepiscopo Coloniensi creatus sedit ann. 33.	9	Rainerius Tudertinus Prior S. Fri- diani Lucensis ex vicecancellario S.R.E.V. ex Latinis Antiochenus patriarcha, sed. ann. 20.	3
1220	4	Egidius LXXIII. archiepiscopus Rauennas.	10	Fridericus 2. Imp. Romæ in basilica Vaticana ab Hugolino Ostiensi e- piscopo legato Honorij 3. papæ X. Kal. Decemb. coronatus est. Germa-	4

Anni Chri- sti	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriet.
1221	5		11		5
1222	6	Germanus II. monachus CIII. patriarcha Constantinopolitanus Græcus, sed. ann. 17. mens. 6.	12	IMP. CAES. ROBERTVS P. F. Augustus quartus Latinorum Constantinopoli Imperator ann. 7. IMP. CAES. FL. IOANNES III. DVCAS, P. F. Aug. Græcorum in Asia Imperator annis plus min. 33.	6
1223	7	Ordo minorum à S. Francisco institutus confirmatur.	13		2
1224	8	S. Antonius de Padua ordinis Minorum, Iordanus Saxo ordinis prædicatorum, viri docti, & sancti.	14		3
1225	9		15		4
1226	10	Honorius papa approbavit regulam ordinis Carmelitarum.	16		5
1227	180 1	Honorius 3. papa obiit XV. Kal. Augusti. Vac. sed. diem 1. GREGORIVS IX. ANAGNINVS Vgolinus ex comitibus Signinæ ex episcopo Ostiensi CXXC. Christianorum pontifex creatus XIII. Kal. Aprilis, postridie coronatus, sedit an. 14. mens. 5. dies 3.	17	Thomas de Capua presbyter Cardinalis et S. Sabinæ XI. ex Latinis patriarcha Hierosolymitanus designatus non iniit m. l. f. est. Robertus, qui sedit. ann. 12.	6
1228	2		18		7
1229	3		19	IMP. CÆS. BALDVINVS II. IVNIOR P. F. Aug. V. ex Latinis Constantinopolitanus Imp. an. 31.	1
1230	4	Vbaldus LXXV. archi. Rauennas. Guillelmus Ruciolinus ex archidiacono ciuis & 96. Mediolanensis archiepiscopus ann. 9.	20	Hierosolyma à Friderico II. Imperatore recuperata.	2
1231	5	Ordo siue congregatio canonicorum regulium S. Marci Mantuæ.	21	Iacobus de Vitriaco, Ioannes de abbatis villa, Hugo de S. Caro ordinis prædicatorum S. R. E. Cardinales Theologi excellentes.	3
1232	6	Ordo Militiæ S. Mariæ de Mercede aliàs de redemptione captiuorum à Iacobo rege Aragoniæ Barcinone institutus.	22		4
1233	7	Ordo Militiæ Montesiæ in regno Valentia, ordinis Cisterciens. hoc tempore conditus.	23		5
1234	8	Simeon 67. archiepiscopus Rauenas.	24	Theo	6

104	104	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
Anni Chri- sti.	Anni pont.				
1235	9		25		7
1236	10		26		8
1237	11	Theodoricus LXXVII. archiepiscopus Rauennas.	27		9
1238	12		28		10
1239	13	Magister Frater Leo de Perego aliàs Valuasorius ordinis Minorū Theologus 97. Mediolaneñ. arch. an. 18.	29	Helias Robertus Regiensis ex episcopo Brixiano VI. ex Latinis Antiochenus patriarcha sed. ann. 8.	11
1240	14	Philipp ^o Pistoriēsis Tusc ^o LXXIIX archiepiscopus Rauennas ann. 34. Concilium generale Romæ indictū sed captione prælatorum & morte pontificis non celebratum.	30	Methodius II. CIIII. patriarcha Cōstātinopolitanus ex Græcis mens. 3. Manuēl 2. CV. patriarcha Cōstātinopolitanus ex Græcis ann. 14.	12
1241	15 (182)	Gregorius IX. papa obiit XI. Kal. Septemb. Vac. sed. dies 30. CAELESTINVS III. MEDIO- LANENSIS Gaufridus Castilio- neus ex episcopo Cardinale Sabi- no creatus X. Kal. Octob. sed. dies 17. obiit 8. Idus Octobris. Vac. sed. ann. 1. mens. 8. dies 15.	31	Vincentius Beluacensis Burgundus ordinis prædicatorum Theologus Philosophus historicus.	13
1242	1		32		14
1243	182 (2)	INNOCENTIVS III. GENV- ENSIS Sinibaldus Fliscus ex pres- byt. Cardinale tt. Lucinæ creatus 8. Kalend. Iulij, consecratus 4. Kal. Iulij, sedit ann. 17. mens. 5. dies 14.	33	Ordo Cruciferorum diu antè incho- atus confirmatur.	15
1244	2	Concilium generale Lugdunense.	34		16
1245	3	CAESAR HENRICVS VII. Rex ROMANORVM priuato Friderico 2. creatus regnavit ann. 1.	35	Fridericus II. Imp. imperio priuatus est in concilio generali Lugdunen- si ab Innocentio 4. papa 21. Kal. Iulij.	17
1246	4		36	CAESAR GVILLELMVS REX ROMANORVM contra Fridericum 2. creatus, regnavit ann. 9.	18
1247	5	Iacobus Pantaleo Trecentis Gallus 13. patriarcha Hierosolymitanus an. 14.	37	Quis post Heliam ex Latinis patri- archa Antiochenus fuerit, incom- pertum.	19
1248	6		38		20
				Alexan-	

Anni Chri- sti.	Anni pōtif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1249	7		39		21
1250	8	Alexander de Ales ordinis Minorū Theologus.	40	Frideric ⁹ 2. Imp. ob. Id. Decembris CÆS. CHVNRADVS III. REX Romanorū Friderici 2. Imperatoris F. regnavit ann. 3. mens. 5. dies 10.	22
1251	9		1		23
1252	10	Gregorius de Monte longo Ferrariensis ex pronototario & legato apostolico patriarcha Aquileiensis ann. 18.	2	Ordo seruatorū per hęc tēpora à septēciuibus Florētinis in agro Florētino inchoatur. Quorū primus magister fuit B. Bonauitus Florentinus.	24
1253	11		3		25
1254	12 (183)	Immoentius 3. papa obiit 7. Idus Decemb. Vac. sed. dies 13. ALEXANDER III. ANAGNINVS Rainaldus Gerardi Retrahentis F. ex episcopo Ostiense creatus 12. Ianuar. coronatus die Natalis Christi 8. Kal. sed. an. 6. mens. 5. dies 5.	4	Chunradus rex Romanorum obiit XI. Kal. Iunij. Germanus monachus iterum patriarcha Constantinopolitanus, sedit annum 1. obiit.	26
1255	1	Occiso Guilelmo Cæsare fuit interregnum annorum 2. mens. Ordo Eremitarum S. Augustini multis Eremmarum congregationibus adiunctis amplificatur, & confirmatur.	2	IMP. CÆS. THEODORVS IVNIOR DVCAS Aug. 27. Græcorum in Oriente Imp. ann. 3. Nicephorus Blemmydes monachus monasterij ab se extracti designatus CVI. patr. Constantinopolitanus non inijt, in eius locum factus est. Arsenius monachus monasterij iuxta Appolloniam, qui sedit annos 4.	27
1256	2		2		28
1257	3		3		29
1258	4	CÆSAR RICARDVS REX Romanorum creatus 8. Id. Ianuarij, renauit in schismate contra Alfonso ann. 6. CAESAR ALFONSVS REX Romanorum creatus in schismate contra Ricardū prid. Kal. April. regnavit titulo tenus an. 25. mēf. 6. dies 12.	2	IMP. CÆS. IOANNES III. DVCAS AVGVSTVS Græcorum Imperat. ann. 1. IMP. CÆS. MICHAEL PALAEOLOGVS P. F. Aug. Græcorum Imperator creatus Kal. Decemb. coronatus die Natalis Domini, Imperavit ann. 24.	30
1259	5	Hoc anno mense Septembri Latini Constantinopoli exacti sunt, Balduinus II. Imp. & Pantaleo Iustinianus Venetus in Occidentem fugierunt.	2	Ioannes III. Ducas Imperator coactus abdicauit. Nicephor ⁹ II. ex Metropolita Ephesi CVI. Constantinopolitanus patriarcha menses aliquot, obiit.	31
1260	6		3	Arsenius iterum patriar. Constantinopolitan ⁹ mēfibus aliquot, abdic. Germanus 3. monachus ex Metropolita Hadrianopolitano CVIII. patriarcha Constantinopolitanus annum 1. abdicauit.	2

P Alex.

Anni Chri sti.	Anni Pont.	106	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1261	7 (184)		Alex. 4. papa obiit 8. Kal. Iunij Vac. sed. mens. 3. dies 3. VRBANVS IIII. TRECENSIS GALLVS Iacobus Pantaleo ex patriarcha Hierosolymitano creatus 4. Kal. Septemb. coronatus prid. Non. Septemb. sed. ann. 3. mens. 1. dies 4.	4	Iosephus fenex monachus monasterij montis Galefij CIX. patriarcha Constantinopolitanus an. 13. abdicauit.	3
1262	8		Albertus Magnus, S. Thomas Aquinas ordinis prædicatorum Theologi excellentissimi. Otho Magnus Vicecomes princeps & 98. Mediolanensis archiepiscopus ann. 33.	5	Frater Thomas II. Agni de Lentino ordinis prædicatorum ex archiepiscopo Messanenfi XIII. Latinorū Hierosolymitanus patriarcha, sed. ann. 10.	4
1263	9			6		5
1264	10		Urbanus IIII. papa obiit 6. Non. Octob. Vac. sed. mens. 4. dies 2.	7		6
1265	11		CLEMENS IIII. NARBONENSIS Gallus Guido Gorssus Fulcodij f. ex episcopo Sabino creatus Non. Febr. consecratus viij. Kal. Martij, sed. an. 3. mens. 9. dies 25.	8		7
1266	12		Henricus episcopus Ostiensis canonum doctor, S. Bonaventura ordinis minorum Theologus S. R. E. Cardinalis.	9		8
1267	13			10		9
1268	14		Clemens 4. papa obiit iij. Kal. Decemb. Vac. sed. an. 2. mens. 9. dies 2.	11		10
1269	15			12		11
1270	16		Philippus ex duce Carnotensi patriarcha Aquileiensis creatus nō iniit. Vacauit ea sedes ann. 4.	13		12
1271	17 (185)		GREGORIVS X. PLACENTINVS Thealdus Vicecomes ex archidiacono Leodiensi creatus Kal. Septēb, coronatus anno sequēti 6. Kal. April. sed. an. 4. mens. 4. di. 10.	14		13
1272	18			15	Qui Hierosolymis ex Latinis patriarcha creatus fuerit post Thomam incompertum.	14
1273	19		Raimundus Turrianus Mediolanensis ex episcopo Nouocomensi patriarcha Aquileiensis sedit ann. 25.	16	CÆSAR RODVLVVS REX ROMANORVM creatus 4. Id. Octob. regnauit ann. 17. mens. 11. dies 19. Boni-	15

Anni Chri- sti.	Anni pōtisf.			
1274	3	Bonifacius Rubeus Parmensis ordi- nis prædicatorum LXXIX. archi- episcopus Rauennas ann. 24.		Concilium generale Lugdunense se- cundū. Ioannes X. Beccus magnæ ecclesiæ Chartophylax cū Latini sentiens CX. patriarcha Constan- tinopolitanus ann. 10. abdicauit.
1275	4		2	
1276	187	Gregorius x. papa obiit 4. Id. Ian. Vac. sed. dies 10. INNOCENTIVS V. BVRGVN- DVS Magister frater Petrus Taren- tasiensis, ordinis prædicatorum ex episcopo Ostiensi, creatus xij. Kal. Februarij consecratus viij. Kal. Martij, sedit mens. 5. dies 2. obiit X. Kal. Iulij. Vacauit sedes dies 19.	3	
	188	HADRIANVS V. GENVENSIS Othobon ^o Fliscus ex diacono Car- dinale S. Hadriani creatus iij. Idus Iulij, sedit mens. 1. dies 7. obiit XV. Kal. Septemb. Vac. sed. dies 25.		
	189	IOANNES XX. diaconus XXI. OLYSSIPONENSIS Lusitanus Hispan ^o M. Ioannes Petrus Iuliani ex episcopo Tusculano creatus Id. Septemb. coron. xij. Kal. Octob. se- dit mens. 8. dies 8.		
1277	190	Ioannes XXI. obiit xiiij. Kal. Iunij, Vac. sed. mens. 6. dies 4. NICOLAVS III. ROMANVS Io. Caietanus Vrsinus ex primo diaco- no Cardinale S. Nicolai in carcere CXC. Christianorum epūs creat ^o 7. Kal. Decemb. coronatus vij. Kal. Ianuarij, sed. an. 2. mens. 8. dies 29.	4	
1278			5	
1279	2	Guillelmus Durandi episcopus Mi- matensis speculator cognominatus ordinis prædicatorum.	6	
1280	3	Nicolaus III. papa obiit XI. Kal. Se- ptemb. Vac. sed. mens. 6.	7	
1281	191	MARTINVS II. dictus 4. TVRO- NENSIS GALLVS Simon de Bria ex presbytero Cardinale tt. S. Cæcilie creatus 8. Kalend. Martij, consecratus X. Kal. Aprilis, sed. an. 4. mens. 2. dies 7.	8	
1282	2		9	P 2 Marti-

26

17

18

19

20

21

22

23

24

Anni Chri sti.	Anni Pont.	108	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1283	3			10	IMP CÆS. ANDRONICVS SE- NIOR PALEOLOGVS F. P. Augustus Oriētis Imperator an. 50.	1
1284	4			11	Iosephus iterum patriarcha Constan- tinopolitanus mensibus paucis, ab- dicauit. Gregorius, aliàs Georgius Cyprius monachus, ex imperatorij cleri or- dine lector CXI. patr. Constanti- nopolitanus ann. 6. mens. 6. abdic.	2
1285	(192) 3		Martinus 4. papa obiit 4. Kal. April. Vac. sed. dies 4. HONORIVS III. ROMANVS Iacobus Sabellus Lucæ F. ex pri- mo diacono Cardinale S. Mariæ in Cosmedin creatus iij. Non. April. consecratus xvij. Kal. Maij, sed. an. 2. dies 2.	12	Honorius papa ordinem Carmeli- tarum confirmavit, eisq̄ue pal- lium album dedit. Ordinem etiam seruorum confir- mauit.	3
1286	2			13		4
1287	3		Honorius III. obiit. Non. Aprilis. Vacauit sedes mens. 10. dies 18.	14		5
1288	(193) 3		NICOLAVS III. ASCVLANVS M. Fr. Hieronymus ex ministro generali ordinis Minorum epis- copus Cardinalis Prænестinus creatus, 8. Kal. coronatus 6. Kal. Martij, sed. an. 4. mens. 7. dies 14.	15	Egidius Romanus ordinis Eremita- rum S. Augustini Generalis Prior, & primus doctor Parisijs Theolo- giæ vir eximius, archiepiscopus Bi- curicensis.	6
1289	2			16		7
1290	3			17	Athanasius monachus monasterij Xerolopi Montis Gani CXII. pa- triarcha Constantinopolitanus an. 4. abdic.	8
1291	4			18	Rodulf ^o Cæs. obiit prid. Cal. Octob. Interregnum mensium 3. dierum 7.	9
1292	3		Nicolaus 4. papa obiit prid. Non. A- prilis. Vacauit sed. ann. 2. mens. 3. dies 2.	1	CÆSAR ADOLFVS REX Roma- norum creatus 8. Id. Ianuar. regna- ann. 7. mens. 6. dies	10
1293	2			2		11
1294	(194) 3		CAELESTINVS V. AESERNI- ENSIS Fr. Petrus de Murone An- glerij F. Sulmonēsis, ex abbate S. Pe- tri ad Macellā creatus Nonis Iulij, consecratus 4. Kal. Septemb. sed. mens. 5. dies 7. sponte abdic. Idibus Decembris. Vac. sed. dies 10.	3	Ioannes XI. Sozopolites monachus CXIII. patriarcha Constantino- politianus, sedit ann. 6.	12

BONI-

Anni Christi	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriet.
1295	195	BONIFACIUS VIII. ANAGNINUS Benedictus Caietanus Liutfredi F. ex presbytero Cardinale tt. Equitij creatus IX. Cal. Ianuarij in eunte anno, cōsecratus 17. Cal. Febr. sed. ann. 8. mens. 9. dies 28.	4	Opizzo XXC. archiepiscopus Ra-uennas ann... Rufinus Fisegius aliàs Frixetus Lu-censis 99. Mediolanensis archie-piscopus, sedit menses 9.	13
1296	2	Bonifacius 8. ordinem Seruorum confirmauit.	5	Francischinus, aliàs Franchinus ... Parmensis centesimus archiepisco-pus Mediolanensis ann. 22.	14
1297	3		6		15
1298	4	Chunradus Poloniæ dux designatus patriarcha Aquileiensis non iniit, in eius locum factus est Petrus II. Serra ex archiepiscopo Capuano ann. 1. mens. 10. dies...	7		16
1299	5		8	Adolfus Imperator occisus est circa Idus Iulij. CAESAR ALBERTVS REX Romanorum creatus VI. Kal. Augusti regnauit ann. 8. mens. 9. dies 5.	17
1300	6	PRIMVS ANNVS IOBILEVS.	1		18
1301	7	Othobonus Patauinns Aquileiensis Patriarcha ann. 13.	2	Athanasius monachus iterum pa-triarcha Constantinopolitanus ann. 8.	19
1302	8		3		20
1303	9 196	Bonifacius 8. papa obiit V. Id. Octob. Vac. sedes dies 10. BENEDICTVS IX. dictus XI. TARVISINVS M. Fr. Nicolaus Bocasinus ordinis predicatorum ex episcopo Ostiense creatus XI. Kal. No-uemb. coronatus VI. Kal. Nouemb. sed. mens. 8. dies 6.	4		21
1304	10	Benedictus XI. papa obiit Nonis Iu-lijs. Vac. sed. mens. 10. dies 28.	5		22
1305	197	CLEMENS V. Burdegalensis Vaf-co Raimundus Gothus Bertrandi f. ex archiepiscopo Burdegalense creatus Non. Iunij, coronatus III. Idus Nouemb. sed. an. 8. m. 10. d. 16.	6	Hugolinus malabrancia Vrbeuetanus ord. fratrum S. Augustini, patriarcha Constantinopolitanus Latinorum, Albertus Patauinus, Augustinus Anconitanus, Iacobus Viterbiensis Archiepisco-pus Neapolitanus ex eodē ordine, Theologi eximij	23
1306	1	Ioannes Scotus ordinis minorum Theologus Philosophusque.	7		24
1307	2		8		25

Anni Chri- sti.	Anni pont.	110 PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1308	4	Ordo fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ in Hungaria sub regula S. Augustini confirmatur à Gentile presbytero Cardinale legato Clementis V. papæ. Cassonus aliàs Castonus Turrianus, Muscæ F. ex ordinario magnæ ecclesiæ 101. Mediolanensis arch. ann. 9. Hic Henricū 8. Imp. coronauit.	9	Albertus rex Romanorum occisus est. Kal. Maij, interregnum mensium 6. dierum 24. IMP. CÆS. HENRICVS XII. P. F. Aug. Occidentis Imp. creatus 8. Kal. Decemb. regnauit. ann. 4. mens. 9.	26
1309	5		2	Athanasio patriar. Constantinopolitano abdicante, vac. ea sedes ann. 2.	27
1310	6		3		28
1311	7	Concilium generale Viennense.	3	Nipho Metropolita Cyzicenus CXIII. patriar. Constantinopolitanus, sed. an. 3. m. 10. d. ... abdicauit.	29
1312	8	Dantes Aligerus Florentinus vir eximius.	4	Henricus 7. Romæ in basilica Constantiniana III. Kal. Iulij à legatis Cardinalibus Clementis V. papæ coronatur.	30
1313	9		5	Henricus VII. Imperator obiit IX. Kal. Septemb. Interregnum ann. 1. mens. 1. dierum. 24.	31
1314	8	Clemens V. papa obiit XII. Kalend. Maij, Vacauit sedes ann. 2. mens. 3. dies 17. Mortuo Othobono patriarcha Aquileiensi, vacauit ea sedes ann. 3.	8	CAES. FRIDERICVS III. AVSTRIACVS REX ROM. creat ⁹ in schismate cōtra Ludouicum Imperatorem XV. Kal. Nouembris, regnauit ann. 13. mens. 2. dies 27. IMP. CÆS. HVLDOVICVS BAVARIVS P. F. Aug. creatus in schismate contra Fridericum III. Cæsarem XV. Kal. Nouemb. regnauit ann. 32. menses 10. dies 24.	32
1315	2		1	Niphone patriarcha Cōstantinopolitano abdicante, vac. ea sed. ann. 1.	33
1316	3 (198)	IOANNES XXI. dictus XXII. CATVRCENSIS GALLVS Iacobus de ossa Arnaldi f. ex episcopo Portuense creatus 7. Idus Augusti, consecratus Nonis Septembris sed. ann. 18. mens. 3. dies 28.	2	Ioannes XII. Glycys Logotheta Dromi vxoratus vxore dimissa, & in monasterium trusa CXV. patriarcha Constantinopolitanus ann. 4. Cassonus Turrianus Mediolanensis ex archipresbytero Mediolanensi patriarcha Aquileiensi mens. 8.	34
1317	1		3	Paganus Turrianus Mediolanensis ex episcopo Patauino patriarcha Aquileiensi sed. ann. 13. F. Aicar-	35

Anni Christi	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Oriēt.
1318	2	F. Aicardus de Antimiano, aliàs Ricardus de Cannedola ordinis prædicatorū, ciuis & 102. archiepif. Mediolanen. annis 15. Abdicauit & factus est episcopus Nouariensis.	4		36
1319	3	Congregatio Montis Oliueti Senis instituta. Nicolaus Lyranus ordinis Minorum Theologus.	5		37
1320	4		6	Gerasimus monachus monasterij Manganij CXVI. patriarcha Constantinopolitanus ann. 1. mens.	38
1321	5		7		39
1322	6	Cæsar Fridericus 3. prælio victus & captus à Ludouico Bauaro Cæsa re triennio in custodia fuit.	8	Esaias monachus monasterij Montis Athi CXVII. patriar. Constantinopolitanus ann. 18. mens. aliquot	40
1323	7		9		41
1324	8		10		42
1325	9	Ordo militiæ militum Iesu Christi ordinis Cisterciensis in Lusitania à rege Dionysio conditus.	11		43
1326	10		12		44
1327	11	NICOLAUS V. REATINVS. Fr. Petrus Reinaluti de Corbarrio ordinis Minorum in schismate (quod 26. fuit) à Ludouico Bauaro contra Ioannem 22. antipapa Romæ 4. Idus Maij creatus, sed. ann. 3. mens. 3. dies 14.	13	Hludouicus 4. Imp. coronatus est die Pentecostes 6. Kal. Iunij Romæ in basilica Vaticana à Nicolao V. antipapa. Guillelmus Okam ordinis Minorum, Marsilius Patavinus Hludouici Imp. fautores, & Ioannis papa hostes.	45
1328	12	Ioannes Andreæ Bononiensis iureconsultus egregius.	14		46
1329	13		15		47
1330	14	Nicolaus V. antipapa coactus abdicauit 8. Kal. Septemb. Bertrandus de S. Genesio dioc. Caturcensis Gallus V. I. doctor, auditor Rota, Aquileiensis patriarcha ann. 17.	16	Fridericus 3. Cæsar obiit Idibus Ianuarij, solus imperauit Ludouicus Bauarus Imperator.	48
1331	15		17		49
1332	16	Landulfus Carthusianus vir pius & doctus.	18	Andronicus Palælogus Imp. obiit. IMP. CÆS. ANDRONICVS IVNIOR PALAEOLOGVS P.F. Aug. Oriētis Imp. imperauit an. 8.	50
1333	17	Ioannes Magnus Vicecomes ex episcopo Nouariensi princeps & 103. archiepiscopus Mediolan. an. 21.	19		51

Ioan-

Anni Christi.	Anni pont.	104 PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1334	18 (199)	Ioannes XXII. papa obiit prid. Non. Decemb. Vac. sed. dies 15. BENEDICTVS X. dictus 22. TOLOSANVS GALLVS Iacobus Fornerius de Sauarduno Appamiarū diocesis monachus Cisterciensis, ex presbyt. tt. S. Priscæ creatus 23. Kal. Ianuarij, coronatus 3. Nonas Inuarij, sedit ann. 7. mens. 4. dies 6.	20		2
1335	8		21		3
1336	2		22		4
1337	3	Simon de Calsia, Gerardus Senensis, Hermanus de Scildis, Simō Cremonensis, Henricus de Vriniaria ordinis Eremitarum S. Augustini Theologi, & philosophi egregij.	23		5
1338	4		24		6
1339	5		25		7
1340	6		26		8
1341	7	Ioannes XIII. Aprinus CXVIII. patriarcha Constantinopolitanus ann. 16.	27	Andronicus Iun, Imperator obiit Constantinopoli Kal. Iulij. IMPP. CÆSS. IOANNES V. ANDRONICI F. PALÆOLOGVS ET IOANNES VI. CANTACVLENVS PII FEL. AVGG. imperarunt vnà annos 16.	1
1342	200 (1)	Benedictus XII. papa obiit 7. Kal. Maij. Vac. sed. dies 17. CLEMENS VI. LEMOVICENSIS GALLVS Fr. Petrus Monstri ⁹ Rogerij F. de Malmōte monachus, ex presbytero Cardinale tt. Fasciolæ CC. Christianorum episcopus creatus Non. Maij, coronatus 14. Kal. Iun. sed. ann. 10. mens. 7.	28	Albericus de Rosate Iureconsultus, Ioannes Bacho Anglicus ordinis Carmelitarum, Gregorius Ariminenfis, Thomas de Argentina, Michael. de Massa ordinis Eremitarum S. Augustini, Theologi egregij.	2
1343	2		29		3
1344	3		30		4
1345	4	Franciscus Patriarcha, Ioannes Bocacius Florentini, viri clarissimi.	31		5

IMP.

Anni Chri- sti.	Anni pōtif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1346	5		1	IMP. CÆS. CAROLVS IV. P. F. Aug. creatus in schismate contra Ludouicum Bauarū V. Idus Iulij, imperauit ann. 32. mens. 7. dies 14.	6
1347	6	Nicolaus de Lucemburgo Germanus Caroli 3. Imp. fr. Aquileiensis patriarcha ann. 7. mens. 9.	2	Ludouicus Bauar ⁹ Imp. obiit 5. Id. Octob. Interregnū fuit an. 1. m. 3. die rū 20. Nā Caroli 4. electio rata non erat à Ludouici 4. fautoribus.	7
1348	7	Sæuissima vniuersalis pestis.	3		8
1349	8		4	CÆS. GVNTHERVS REX Romanorū creat ⁹ in schismate contra Carolū 4. Imp. 4. Non. Febr. regnauit mens. 6. obiit circa Kal. Aug.	9
1350	9	IOBILEVS SECVNDVS.	5		10
1351	10		6		11
1352	11 (201)	Clemens VI. papa obiit 8. Idus Decemb. Vac. sed. dies 11. INNOCENTIVS VI. LEMOVI- CENSIS GALLVS Stephanus Alberti, ex episcopo Ostiense creatus XV. Kal. coronatus iij. Kal. Ianuarij, sed. ann. 9. mens. 8. dies 26.	7	Bartolus Saxoferratenfis, Baldus Perusinus, iureconsultissimi florebat. Petrus Bertorij monachus philosophus, historicus. Ioannes Maronis ordinis Minorum Theologus.	12
1353	1		8		13
1354	2	Robertus Vicecomes ex archiprefbytero Magnæ ecclesiæ 104. Mediolanen. archiepiscopus ann. 7.	9		14
1355	3	Ludouicus Turianus Mediolanensis patriarcha Aquileiensis, sedit an. 6. mens. 2.	10	Carolus 4. Imp. coronatus est Romæ in basilica Vaticana Non. April. die Paschatis à Petro episcopo Cardinale Ostiense, & Egidio presbytero et S. Clemētis legatis Innocentij VI. papæ.	15
1356	4		11		16
1357	5		12	Ioannes VI. Kantacuzernus Imperator Constantinopolitanus coactus à Ioanne Palæologo abdicauit solusque imperio potitus est Ioannes V. Palæologus Andronici Iun. filius ann. 27.	17
1358	6		13		18

Q

Mar.

Anni Chri sti.	Anni Pont.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1359	7		14		19
1360	8		15	Callistus monachus CXX. patriar. Constantinopolitanus, sed.ann.2.	20
1361	9	Marquadus Germanus patriarcha Aquileiensis ann.17.	26	Guillelmus II. Pufferlius, ex archi- presbytero Modretiae 105. Me- diolanensis archiepiscopus, & pa- triarcha Constantinopolitanus Latinus, sedit annos 10.	21
1362	10 (202)	Innocentius VI. obiit prid. Id. Sept. Vac. sed. dies 14. VRBANVS V. MIMATENSIS Gallus Fr. Guillelmus de Grisaco Grimaldi f. monachus ex abbate S. Victoris Mafsiliae creatus V. Kal. Octob. consecratus 8. Idus Noueb. sed. ann. 8. mens. 2. dies 23.	17	Philoteus CXXI. patriarcha Con- stantinopolitanus an. 13. m. 6. d.	22
1363	1		18		23
1364	2		19		24
1365	3	Ordo monachorum S. Hieronymi in Hispania sub regula S. Augu- stini institutus.	20		25
1366	4		21		26
1367	5	Ordo Iesuatorum Senis à Io. Colū- bino inchoatus, ab Urbano papa V. confirmatur.	22		27
1368	6		23		28
1369	7		24		29
1370	8	Urbanus V. papa obiit XIII. Kal. Ian. Vac. sed. dies 10. Simon de Borsano ciuis & 106. Me- diolanensis archiepiscopus, sedit annos 6, presbyter Cardinalis crea- tus tt. Pammachij.	25	Congregatio Montis Oliueti con- firmatur. Ordo S. Brigidæ virorum, & mulie- rum ab eadem sancta femina pau- lò antè institutus, confirmatur.	30
1371	203 (1)	GREGORIUS XI. LEMOVI- CENSIS Gallus Petrus Comes Bel- lifortis ex primo diacono Cardina- le S. Mariæ Nouæ creatus 3. Kal. Ia- nuarij, consecratus 8. Idus Ianuarij sedit ann. 7. mens. 2. dies 29.	26	Michael Angrianus Bononiensis ordinis Carmelitarum, Ioannes de Hisdinio ordinis Hospitalariorum Nicolaus de Gorran ordinis præ- dicatorum, Henricus de Langen- stein Germanus, Theologi.	31
1372	2		27		32

Bonauen-

Anni Chri- sti.	Anni pōtif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriēt.
1373	3		28		33
1374	4		29		34
1375	5	Bonauétura Peraginus Patauinus ex generali ordinis Eremitarū S. Aug. Cardinalis Theologus eximius.	30	Macarius monachus CXXII. patri- archa Constantinopolitanus ann. 2. mens. 7. dies 6.	35
1376	6	Antonius ex Marchionibus Salutia- rum subalpinas 107. Mediolanensis archiepiscopus, sedit ann. 25.	31		36
1377	7		32		37
1378	204 1	Gregorius XI papa obiit 6. Kalend. April. Vac. sed. dies 12. VRBANVS VI. NEAPOLITA- NVS Bartholomæus Perignanus ex archiepiscopo Baience creatus 5. Idus Aprilis, coronatus 14. Kal. Maij, sed. ann. 11. mens. 6. dies 7. CLEMENS VII. GEBENNEN- SIS Robertus ex comitib ⁹ Geben- nensibus, ex presbytero Cardinale basil. SS. Apostolorum creatus in schismate contra Vrbanum 6. XIII. Kal. Octob. consecratus prid. Kal. Nouemb. sed. an. 15. mens. 11. dies 28.	33	Nilus Monachus CXXIII. patriar- cha Constantinopolitanus sedit ann. 20. Philippus II. de Alenconio Gallus postea episcopus Cardinalis, Sabi- nus demum Ostiensis patriarcha Aquileiensis ann. 19. SCHISMA XXVII. omnium diu- turnius in ecclesia Romana, quod annis quinquaginta continuatum est.	38
1379	2		1	Carolus IV. Imp. obiit 6. Kal. Mar. CÆSAR VENCESLAVS REX ROMANORVM regnavit ann. 21. mens. 5. dies 28.	39
1380	3	Ordo fratrum Eremitarum S. Hiero- nymi institutum in agro Vrbinate à B. Petro Gambacita Pisano.	2		40
1381	4		3		41
1382	5		4		42
1383	6		5		43
1384	7		6	IMP. CÆS. MANVEL II. PA- LÆOLOGVS P.F. Aug. impera- uit ann. 34.	44
1385	8	Iacobus Magnus Doletanus ordi- nis Eremitarum, S. Augustini Theologus.	7		45
1386	9		8		46

Q 2 Ioan-

Anni Chri. sti.	Anni Pont.	PONTIFICES ET	Oscid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriet.
1387	10		9		4
1388	11	Ioannes 4. filius ducis Morauix, in- schismate contra Philippū patriar- cha Aquileiens. creatus, sedit an. 7.	10		5
1389	12 (205)	<i>Urbanus 6. papa obiit Idib. Octob. Vac. sed. dies 17.</i> BONIFACIUS IX. NEAPOLI- TANVS Petrus Tomacellus ex presby. Cardinale tt. S. Anastasie creat ^o 4. Non. Nouemb. coron. iij. Idus Nouemb. sed. ann. 14. mens. 11.	11		6
1390	1	ANNVS IOBILEVS III.	12		7
1391	2		13		8
1392	3		14		9
1393	4		15		10
1394	5	<i>Clemens 7. obiit 16. Kal. Octob. Vac. sed. dies 11.</i> BENEDICTVS XI. dictus XIII. ARRAG. HIS- PANVS Petrus de Luna ex diacono Cardinale S. M. in Cosmedin creatus in schismate. 3. Kal. Octob. cōsecrat ^o 5. Id. Octob. sed. ann. circiter 30.	16		11
1395	6	Antonius Caietanus Romanus Car- dinalis presbyt. S. R. E. tt. S. Cæcilie patriar. Aquileiensis. sed. ann. 17.	17		12
1396	7		18		13
1397	8		19		14
1398	9		20	Antonius III. monachus CXXIII. patriarcha Constantinopolita- nus annos 4.	15
1399	10		21		16
